# CASSII FELICIS

## DE MEDICINA

## EX GRAECIS LOGICAE SECTAE AUCTORIBUS LIBER TRANSLATUS

SUB ARTABURE ET CALEPIO CONSULIBUS

(ANNO 447)

NUNC PRIMUM EDITUS

A

**VALENTINO ROSE.**

BIBLIOTH
KÖNIG
GY ASIUM

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIX.

Medicorum Latinorum qui supersunt aetate novissimus ultimusque idem qui typis impressus oblivioni fatisque eripitur, nunc primum prodit Cassius Felix, cuius Medicinae „ex graecis logicae sectae auctoribus" (et praecipue Galeno — vid. ind. font.) conscriptum vel „translatum" breviloquium editum fuit, sicut codicis Parisiensis testatur inscriptio, „sub ardebre et asclepio consulibus" i. e. Calepio et Artabure (Mommsen, Zeitzer Ostertafel v. J. 447 Berl. Akad. 1863 p. 551) anno 447. auctor Latinus est („nos vero latino sermone" c. 25 etc. cf. ind. gr.), non Graecus, neque ulli eorum qui idem nomen gerunt (de Cassiis medicis v. Fabric. Bibl. Gr. III, 322 Harl.) putandus idem, patria quidem incertus, scilicet si recenti codicis Parisiensis scriptori fides „Artensis" (Astensis? Cirtensis? nam pro Ambracia antiqua quando ab Arattho vel Arachtho fluvio appellata sit Arta — cf. Leake Trav. in N. Gr. I, 208 — non constat), sed aetate suppar Theodoro Prisciano „Vindiciani*) Afri" discipulo, cuius uti Graeci aequalis Philagrii (Epirotae, cf. E. Rhode Rhein. Mus. N. F. 32, 336) paulo maioris auctoritatem infert, fortasse „Afer" et ipse, utpote qui citet herbam putidam „quam Punice aturbis dicunt" (c. 20, cf. ind. lat. s. cortizones, gelela), simillimus dicendi genere Caelio Aureliano eiusdem saeculi quinti medico Siccensi.

Utitur quidem Cassius, ex Galeni libris, celeberrimis praecipue illis „ad Glauconem", sed ut indicat praefatiuncula etiam falsi Galeni novisse videtur Euporiston librum, qui quum genuinum Galeni opus (quod citat ipse Galenus X, 955) desideraretur iam ab Oribasio in ipsius Euporiston praefatione (Orib. V, 559 Dar.), sub Galeni nomine editus fuit Oribasii causa post Oribasium (et mortis Iuliani

*) de quo cf. Anecd. II, 177. Hermes VIII, 42.

annum 363) c. a. 400: hunc enim — primum scilicet ex tribus quos coniungunt editiones nostrae olim in codicibus manu scriptis separatos*) atque inter se diversissimos — ante oculos habuit transtulitque in sua („medicinae praesentaneae“) iam Theodorus Priscianus (ut unum exemplum afferam, legas de parotidibus I, 8 ed. Argent. cum Gal. eup. XIV, 334—36), proprio deinde titulo appellavit auctor anonymus (s. VI vel VII) qui ficto nomine (Anecd. II, 168) dicitur sive „Scolapius“ sive „Galienus“ (c. 21 de stomachi causis „potio magna et probata a galieno in euporiston libro suo“ i. e. Gal. eup. XIV, 370, ubi auctoris nomen quod praebent codices mei omnes (s. IX—XI) omittitur in editione Argent. 1533 p. XXX v. 9).

Cassium noverat Isidorus (cf. 4, 8, 4 = Cass. c. 24 de igne sacro), noverunt veterum auctorum compilatores Salernitani (Petroncellus cod. S. Germ. 1146 apud Renzi Coll. Salern. IV, 185 sqq. qui nunc est lat. 14025 s. XIV Delisle p. 125. cf. cod. Par. 11219 s. IX f. 42 sqq. cod. Lond. Harl. 4977 s. XI. Sloan. 2839 s. XII. Arundel. 166 s. IX), sed ipso nomine testem citat (locis quidem circiter ducentis) unus c. a. 1300 Simon Januensis in lexico medico (recentioribus Mathei Silvatici editionibus inserto, de qua re E. Meyer Gesch. d. Bot. IV, 173), qui in praefatione auctores recensens „quorum ad huiusmodi robur sepe revolvi volumina“ sic ait „deinde ex Cassio Felice, qui et ipse a Cornelio (Celso) multum extollitur, qui continet tractatus duos de practica“. post quem, si de Matheo taceas — is enim Simonem reddit —, oblivione conditus iacet in bibliothecis usque ad haec nostra tempora, tribus tantum codicibus manuscriptis quod sciam

*) exemplo utor quod prae manibus est codicis Ambrosiani Q. 94 sup. (s. XV) ubi *Ἔνεστι μὲν τῇδε τῇ βίβλω γαληνοῦ θηραπευτικὴ διαφόρων νόσων διὰ τῶν εὐποριστων φαρμάκων πρὸς σόλωνα τὸν ἀρχιητρόν:* — (praecedit epistola inc. *Ἐπιζητήσαντός μου . . .*). ceterum cf. Ackermann in hist. litt. Gal. I p. CLIV ed. Kühn.



conservatus, uno vetere quidem et fido sed imperfecte sine titulo ac nomine scripto (in Germania) ad exemplar quod recto capitulorum foliorumque ordine destitutum erat mutilumque et lacunosum, recentibus duobus integris sed arbitrio scriptoris Itali textum obscurum corrigentis corrupto altero Parisiensi s. XIII, altero Cantabrigiensi s. XV propter insignem litterarum obsoletarum ex vetere quodam bonoque exemplari depictarum inscitiam monstruosissimo. Parisiensem (tunc no. 1125) primus monstravit Philippus Labbeus in Nova bibl. mss. librorum s. Specimine antiq. lect. Par. 1653 p. 49, Cantabrigiensem et ipsum in Italia scriptum (v. Cat. of the mss. of the univ. of Cambridge III p. 82), qui olim fuit Joannis Mori episcopi Norvicensis (no. 53), exhibet Catalogus librorum mstorum Angliae in unum collect. Ox. 1697 t. II p. 363 tunc „pulcherrime descriptum“ nunc madore fere deletum ut vix legas nec nisi reliquorum codicum ope litteras saepe evanescente discernas. utrumque testimonium notavit Fabricius (B. Gr. III, 322), attamen ipsum textum (utpote „translatum“) nemo inspexit, auctorem Felicem confundunt cum Cassio iatrosophista Graeco problematum scriptore plane alieno. cautius „Bibliothecae medicae“ conditor vetustissimus Paschasius Gallus (Bas. 1590 p. 56, unde sua J. G. Schenckius a Gravenberg, Biblia iatrica s. Bibl. med. macta. Frf. 1609 s. v.) „Cassius Felix quidam aliquoties citatur in pandectis medicis Matthęi Sylvatici. manu illius scripta adhuc exstare alicubi coniicitur“.*)

Ego Cassium edere constitui inde ab a. 1856. hoc enim anno postquam iter Parisinum moliens ex Catalogo impresso (bibl. reg. Par. 1744 III, 204) notitiam habui

*) pro Gallo male Gesneri Bibliothecam citavit Le Clerc hist. de la méd. 1729 I, 423 — Gesnerus enim qui in Bibl. inter eos ex quibus hauserit Matth. Sylvaticus Cassii Felicis simpliciter nomen posuit, sic habet in notis ad Cassii problem. Tig. 1562 p. 55 „sed et Cassii Felicis medici Latini nomen alicubi legi, nec memini“.

codicis Parisiensis lat. 6114, ipsum codicem inspexi quem olim viderat Labbeus atque loca quaedam cum initio ex eo excerpta mecum abstuli.*) deinde a. 1865 eundem auctorem licet anonymum et confusum et dimidia fere sui parte truncatum extare vidi in codice S. Galli 105 atque ex hoc exemplari tamquam ex certo quodam fundamento edi posse intellexi. hunc iterum in Helvetia commoratus descripsi a. 1869 (12—18. Aug.), descripsi etiam Parisiensem ad me transmissum Berolinum a. 1870, denique ad utrumque contuli Cantabrigiensem (de quo uno verba fecit Daremberg in ed. Oribasii t. I p. XL) quem et ipsum per tres fere menses penes me habui Berolini a. 1873. ex tribus his codicibus quos solos novi veterem hunc medicinae auctorem restitui a 1875/76, relegi a. 1878. quem nunc edo, labore quidem privatis vitae curis sollicitudinibusque saepe interrupto atque in Felice ut fateor satis infelici.

Berolini 30. Oct. 1878.

**Valentinus Rose.**

---

*) propterea Cassii mentionem feci ut iam in Aristotele Pseudepigrapho p. 388 sic et in Anecdotis II, 115. 167, unde qui primus Cassium historiae litterarum Latinarum restituit, notitiam habuit S. Teuffel (Gesch. der Röm. Litt. 3. A. Lpz. 1875 p. 1088 sq.) cum Cassio illo cuius apud Celsum mentio fit hunc nostrum male confundens (utpote „translatum"), eodem errore quo iam lapsum vidimus Simonem Januensem.

# CASSIUS FELIX.

## Codicum signis utor his:

*g* = *cod. S. Galli 105* membr. saec. XI, qui habet folia 21 (et scriptore Germano et correctore, cf. c. 38 wormo, spat etc.) compacta cum praecedente Sulpicii Severi codice s. IX. lacunae sunt septem, quarum septima alterius libri partis c. 43—82. inscriptio nulla neque subscriptio, nisi quod sub ultima linea folii ultimi quae adscripta fuerunt (nullius ut credo momenti) nunc erasa sunt.

*c* = *cod. Cantabrig. Gg. III. 32* chart. saec. XV (de quo vid. Catalogum codd. Cantabr. supra cit.), ubi f. 94[a] „Explicit casius felix". ad initium, ubi index capp. 81 (in textu 82), inscriptio nulla.

*p* = *cod. Paris. lat. 6114* sc. altera pars membr. s. XIII, quae cum alio quodam codice praeced. compacta est argumenti historici s. XI—XII (quo continetur „Breviarium Rufi Festi", de quo v. ed. W. Foerster Vind. 1874, et „Liber de ordine temporum" i. e. Annales Hildesheimenses quos a. 1641 ex hoc codice edidit Du Chesne t. III. p. 504—539. cf. Pertz Script. III p. 19 sq. et nunc Waitz in praef. novae ed. min. Hann. 1878) in hac altera parte medicinali f. 70—90 manu Italica litterisque minutis in binis columnis scripta habetur:

**Cassii felicis artensis medicine loice secte de greco in latinum liber translatus. sub ardebre et asclepio consulibus. Incipiunt capitula huius libri. I. II. III.**

sequuntur quae infra leguntur capitula 80 (revera 82) cum ultimo (f. 85[a]) c. 81 „De unguentis", id est adnexo Antidotario ex variis libris consuto, quale habuit etiam codex Simonis. desinit f. 90[b] „Expleto libro referamus gratias christo". deinde sequuntur manu alia scripta variisque aliarum manuum additamentis interpolata Medica excerpta varia f. 90—100 (ubi in fine „Curia de golagmano promisit . . X. ꝭ. amadio usque ad festum sancti don . . | fid'iussit gl'a filı᷾ bona glōæ d' galegnano". Galignano prope Anconam?).

---

## Incipiunt capitula huius libri
(sec. codd. pc).

---

I Ad capitis dolorem (cephaleam *cp*).
II Ad tineas capitis.
III Ad pediculos.
IIII Ad capillorum defluxionem.
V Ad alopiciam.
VI Ad cantabriem capitis.
VII Ad iontus i. papillas quae in vultu nascuntur.
VIII Ad maculas albas.
VIIII Ad maculas nigras.
X Ad perniones.
XI Ad impetigines i. zernas.
XII Ad verrucas.
XIII Ad stigmata.
XIIII Ad labia hiantia.
XV Ad scabiem.
XVI Ad pruriginem.
XVII Ad parotidas.
XVIII Ad collectiones.
XVIIII Ad pendigines.
XX Ad fistulas.
XXI Ad empiemata.
XXII Ad carbunculos.
XXIII Ad reuma.
XXIIII Ad ignem sacrum.
XXV Ad araneas.
XXVI Ad scrofas.
XXVII Ad steatomata.
XXVIII Ad aurium dolorem.
XXVIIII Ad oculorum passiones.
XXX Ad fluxum sanguinis ex naribus.
XXXI Ad polipum et ozenas.
XXXII Ad dentium dolorem.
XXXIII Ad tussim humidam.
XXXIIII Ad tussim aridam.
XXXV Ad tumorem faucium.
XXXVI Ad ulcerationem faucium.
XXXVII Ad sinancicos.
XXXVIII Ad tetanicos.
XXXVIIII Ad emoptoicos.
XL Ad pthisicos.
XLI Ad astmaticos.
XLII Ad stomachi passiones.
XLIII Ad spleneticam passionem.
XLIIII Ad epaticam passionem.
XLV Ad renum dolorem.
XLVI Ad vesicae passiones.
XLVII Ad colericam passionem et defluxionem.
XLVIII Ad disenteriam.
XLVIIII Ad ictericos.
L Ad ventris et intestinorum reumatismum.
LI Ad colicam et iliacam.
LII Ad podagram et artriticam.
LIII Ad isciadicam et psiadicam.
LIIII Ad paralisim.
LV Ad quartanam.
LVI Ad emitritaeum.
LVII Ad tipum tertianum manifestum.
LVIII Ad tipum tertianum non manifestum.
LVIIII Ad tipum cotidianum.
LX Ad efemeras.
LXI Ad causon.
LXII Ad freneticos.
LXIII Ad litargicos.
LXIIII Ad cardiacos.
LXV Ad apoplexiam.

LXVI Ad pleureticos.
LXVII Ad canis rabidi morsum.
LXVIII Ad falangionis morsum.
LXVIIII Ad scorpionis ictum.
LXX Ad fugandos serpentes.
LXXI Ad epilepsiam.
LXXII Ad lumbricos.
LXXIII Ad elefantiasim.
LXXIIII Ad ragadas.
LXXV Ad idema.
LXXVI Ad hydropicos.
LXXVII Ad praefocationem matricis.
LXXVIII Ad procidentem matricem.
LXXVIIII Ad metromaniam.
LXXX Ad aperiendam matricem.
LXXXI Ad accelerandum partum.
LXXXII Ad emorragiam matricis.

---

## Ordo capitulorum XXXI codicis S. Galli hic est:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | = *cp* | 1 *(exc. fin.)* | 16 | = *cp* | 36 |
| 2 | = | 40 | 17 | = | 37 |
| 3 | = | 39 | 18 | = | 38 |
| 4 | = | 18 | 19 | = | 41 |
| 5 | = | 2 | 20 | = | 42 |
| 6 | = | 3 | 21 | = | 19 |
| 7 | = | 4 | 22 | = | 20 |
| 8 | = | 5 *(exc. fin.)* | 23 | = | 21 |
| 9 | = | 10 *(praecedit finis c. 9)* | 24 | = | 22 |
| | | | 25 | = | 23 |
| 10 | = | 11 | 26 | = | 24 |
| 11 | = | 12 | 27 | = | 25 |
| 12 | = | 13 | 28 | = | 26 |
| 13 | = | 34 | 29 | = | 27 |
| 14 | = | 33 | 30 | = | 28 |
| 15 | = | 35 | 31 | = | 29 |

*desunt igitur*
I) *c.* 1 *fin.*
II) 5 *fin.* — 9 (*exc. fin. c.* 9)
III) 14 — 17
IV) 28 *fin.* — 29 *in.*
V) 29 *fin.* — 32
VI) *particula c. 42.*
VII) 43 — 82.

} *quae ex recentibus (cp) solis supplenda fuerunt.*

---

Cum diuturno tempore sedulus mecum volvendo, carissime fili, de medicina tractassem, omnipotentis dei nutu monito placuit mihi ut ex graecis logicae sectae auctoribus omnium causarum dogmata in breviloquio latino sermone conscriberem. quae cum perlegeris et usus fueris, ad curam omnium corporum humanorum cuncta experta reperies. unde admoneo, fili dulcissime, ne quid forte huic scripturae addendum vel minuendum existimes. et ideo a principio passionis capitis inchoantes scripsimus, quoniam summa civitas corporis a veteribus dicitur caput, et honorabile et necessarium sensus hominis domicilium.

2 kmē *p.* 3 nutu *gp*: tuitu *c.* monito: monitus *g*, ammonitus *pc* (*Petr.*). 4 dogma *g*, domata (*i. e.* dogmata *ut habet Petr.*) *p* (*sed* $p^c$ domata *vel* dotnata = doctrinata), documenta *c.* brevi loquio *g* (breviloquium *Petr. p. 190 R.*): brevi eloquio *pc (et Petr. codd. hs).* 6 o. humanorum corporum *p* (ad c. omnium corporis humani *vel* corporum humanorum *Petr. hs*). 7 Uñ (Unde *Petr.*) amoneo *p* (uñ āmoneo *c*), Unum admoneo *g.* 8 vel: aut *c.* 9 a: in *c.* passionis *gp*: —nes *c.* 10 *haec ex Ps. Galeno (praef. in Euporista t. XIV p. 313 Lips.)*: . . . ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι· αὕτη γὰρ καθάπερ τις ἀκρόπολίς ἐστι τοῦ σώματος καὶ τῶν τιμιωτάτων καὶ ἀναγκαιοτάτων ἀνθρώποις αἰσθήσεων οἰκητήριον *(Plato Tim. p. 45—46). cf. Veget. mulomed. III (II), 1, 1 p. 89 Schn. Cael. Aurel. resp. med. II, 56 p. 219. ox. I, 56. chr. I, 60. ceterum in inferiore margine codicis Paris. ipsius scriptoris manu haec adnotantur*: Alexander d. c. V. iter̄ cap̄ summam civitatem corporis dici cap̄ honorabile domicilium sensus hominis esse. 11 sensuum *c.*

I. **Ad tardum sive inveteratum capitis dolorem quem Graeci cephalaeam appellant, et ad eius medietatis quem emicranion vocant, et ad vertiginosos quos ilingiontas appellant, et ad tenebrosos quos scotomaticos dicunt.**

Universa haec in capite efficiuntur. et est cephalaea ex omni parte capitis inveterata passio, quas Graeci chronias diathesis vocant, vel totius membranae quae ossa capitis desuper circumvestit superposita ossibus subposita cuti, et appellatur a Graecis pericranios, aut ipsius membranae partis, quam consuete emicranion dicunt. si vero cum consensu radicum oculorum bulborum ipsorum fuerit dolor, manifestim in cerebro fieri ostenditur.

contingit frequentius ex perfrictione aut contrario adustione aut vinolentia aut percussu aut ventositate causatio nervositatis membranae pericraniou supra dictae. solet etiam et austrinus aer iniurias capitis nutrire, cum

1 Ad *om. p, qui nominativos posuit sic*: Tardus . . inveteratus . . dolor . . . et eius m. pars (pas) . . et vertiginosi . . et tenebrosi. *in rubrica* Ad cephaleam *pc*, De cephalea *g*. 3 medietatis partem (pars *p*) quam *gpc* (*ubi* medietatis = mediae partis, *unde quod omisi* partem). emictanion *c*, emigranion *gp*. *cf. Cael. Aur. p. 269* (de emigraneo dolore *Alex. I, 45*). 4 ilicnuntas *g*, ⟨ili *add. al. m.*⟩ | giuntas *p*, illignntas *c*. 5 dixerunt *c*. 6 cephalea (*ut supra*) *gpc*. 7 quas: quam *gpc*. cronias diathesī *p*. 8 totius *om. p*. 9 circumvestit *c et* (circum *inter lin. add.*) $g^c$ (*Sim.*): vestit *gp*. superposita vestibus. ossibus subp. cuti *(sic) c*. superposita *(iterum)* cuti *p*. 10 appellatur: dicitur *c*. perigranion *gc* (pericranion *p*, *ὁ περικράνιος ὑμήν Gal.*) 11 partis *p*: pars *gc*. quam (*sc.* passionem) *gp*: quod *c*. consuete: consueto nomine *C. A. p. 269 (cf. de hemicr. Gal. 12, 593).* emigranion *gp*, emicranion *c*. 12 cum sensu *c*. aut (ā) bulborum *p*. *ad rem cf. Gal. 12, 563.* 13 manifestius *p*, —tus *c*. 14 Contingit autem (ā) fr. *p*. perfrictione (*cum correctoris* $g^c$ *gl. interl.* frigore) *gc*: perfricatione *(vitio apud recentiores solemni)* *p*. contraria *c*. 15 percussu *gc*: percussura *p*. ventositatis causatione. nervositatis *gpc*. 16 perigranion *g* (—cranion *p*, —ctanion *c*).



supra dictam membranam vel cerebrum aquoso et frigido flegmate infuderit. nam **Hippocrates senior** dogmatum princeps in aforismis sic ait: Austri graves auditui, caliginosi, capiti gravabiles et dissoluti.

curationis autem tempore oportet aegrotum ex brachio flebotomare, si tamen aetate iuvenis fuerit et secundum naturam corpus ostenderit sive multitudine suci plenum, quod Graeci plethoricum vocant. et si venter abstinuerit, clystere deducendus erit ex decoctione coloquintidis et tenui centauria addito modico melle et oleo anetino. dandum etiam ieiunis tribus diebus inter diem antidotum **Galeni** quod picra appellatur. et si adiutoria localia, quae topica appellant, oportuerit adhibere, turgentes materias venarum media in fronte incides, aut certe si minime apparuerint, sanguisugis totam operies frontem aut cucurbitam occipitio conglutinabis addita | *p. 168* scilicet scarifatione. et si forte ex plena habitudine totius corporis caput impleri senseris, quod quidem ex frequenti tinnitu aurium aut vertigine aut ante oculos subiecta tenebratione magis agnoscitur, **Galeni** cathartico dia tes aloes appellato humores per ventrem erogabis, si tamen senilis aetas

1 dicta membra *gc*, dicta membrana *p*. aquoso et frigido flegmate *pc*: aquosum et frigidum (flegma *inter lin.* $g^c$). 2 ypocrates *gpc*. 3 aforismis *g*, āforismis *p (Hipp.* III, 720 *Lips.).* austrini *p*. auditui *c*: iuditui (*sic*) *g*, auditu⟨i *add. corr. rec.*⟩ *p*. 4 capitis *(sic) gpc*. 5 egrum *c*. 6 fleuotomare *g*, flebothomari (—e $p^c$ *et c) p*. si . . . fuerit *gp:* si non etate iuventutis (et sec. nat. *etc.*) *c*. 7 plenus *p*. 8 pleton *gpc*. *cf. Gal. 12, 505.* et si venter *g*: fuerit inventus (abst.) *p*. 9 ex *pc*: et *g*. coloqui(a *ante corr.*) ntidę *g* (—d' *pc*). 11 ieiunis *in marg. suppl.* $g^c$. 12 gallieni *g*, galieni *pc* (*item infra*). pigra *gpc*. si: sic *c*. 13 quae (q̄) *c*: quod (qđ *et* ꝙ) *gp*. surgentes *ante corr. p*. 14 in *gc*: *om. p*. 15 apparuerit *gc*. sanguissugis *p*. operies *p*: operis *gc*. 16 s⟨cari⟩fatione (cari *in ras.*) *g*, scarificatione *cp*. 17 et *om. p*. 18 senserit *p*. 20 cognoscitur *p*. gali *p* (gal'i $p^c$). catartico (*sic semper*) *gp*. 21 si — impedierit *pc*: *om. g*.

minime impedierit. quod catharticum conficies sic: aloes ʒ II, dacrydii ʒ II, coloquintidis interioris carnis ʒ I, absinthii pontici ʒ I. cum coliculi suco colliges et catapotia in modum ciceris informabis. ex quibus ad vesperam cubaturis in ova sorbilia competenter dabis, aut certe illud purgatorium quod conficitur ex dacrydio: obolos III cum aloes duplo conteres et cum mulsa calida ieiunis sereno aere dabis. transacto autem purgationis tempore si ex encauseos fuerit dolor id est ex ustione aeris, maxime tempore aestatis, oxyrodino id est aceto et rosaceo frigido caput embrocabis. quod si ad praesens non fuerit rosaceum, omfacinum oleum mittes. etiam et frontem cum temporibus cataplasmabis pane ex posca frigida et modico oleo rosaceo, admixto et folio plantaginis. si vero ex frigore fuerit dolor, anetino oleo aut amygdalino aut rutaceo calefacto uteris, sive illo quod recipit herpyllum peucedanum castoreum cyperum samsucum hederae corymbos.

1 quod conficitur sicit̄ *p*. conficis *gc*. aloen *g*(*c*): aloes *p*. 2 diagridium *gc* (—dii *p*). coloqua (i $g^c$*pc*) ntidę (—d' *p*, —de *c*) *g*. interiores (—is *p*) carnes (—is *p*) *g*: carnes interiores *c*. absinthium ponticum *gc*. 3 cum cauliculi *pc*, c^a^ul⟨iculi⟩ *g* (*in ras.*, cū *add.* $g^c$). colligis *gpc*. catapotias *g*, —pocias *c*, —pudias *p*. 5 cubat^v^oris dormitum euntibus *g* (cubaturis *om. pc*, *qui glossam solam ponunt*). 6 ex diagridio obolos. III. cum aloen d. *g*, ex diagridii obulis tribus cum aloes d. *p*, ex diagridiū obolis tribus cum aloen d. *c*. 8 si ex encauseos *g et* $p^c$ (id̄ ex labore *add.* $g^c$), si exencauseas *c*: siēsē cāseos *ante corr. p*. 9 ex ustione *gc*: ex adustione *p*. 10 oxirodinon *g* (—nū *p*), exicodion *c* *cf. Gal. 14, 315.* 11 appresens *p*. 12 omfacinum (*Gal.*, *Or.*): omfacium *g*, —ceum *c*, —cum *p*. mittes *p*: mittis *gc*. etiam et *gc*: *om. p* (frontem *suppl. corr. in marg.*). 13 timporibus *gpc*. pani (panē $g^c$) ex posca *g*, pane ex posca *c*: pani pusca (*om.* ex) *p*. 14 folio: folia *gc*, foliis *p*. *cf. Gal. 14, 316.* 15 anetinū . . . amigdalinū . . . rutaceuȝ calefactuȝ *c*. 16 illo *p*: illud *gc*. erpillum *gp*: serpillum $g^cp^c$ (*cf. Cael. Aur. p. 285*), & pilum *c*. 17 ciperum *gpc* (*i. e.* cypirum). *cf. Cels. V, 11 (ubi male etiam Daremberg* sampsuchus Cyprius *pro* sampsuchus, cypirus). *cf. Gal. 12, 503.* ederę corimbos *gp*.



his in uno simul cum aceto et rosaceo oleo aut spano concoctis caput embrocabis et post fomentationem tenui lana cooperies et ligabis. post haec et frontem cataplasmabis amygdalis amaris tritis aut molli rosa sive arida infusa et puleio admixto. aliquando ex pane et aceto mentae foliis aut persici admixto. haec omnia erunt frequenter mutanda. item aliud quod adhibendum probatur dispari temporum dolori, nam Graeci eterocraniam vocant, ut est: erucae semen et nucleum de persicis aequali modo conteres, ex aceto oblinies. aliud. aloen et ammoniacum et masticen cum aceto teres et illines.

ad emicranion vero aloes et crocomagmatis partes binas, euforbii partem unam cum aceto teres, tempus oblinies. sed si nimius fuerit dolor, sacculo calida aqua infuso et expresso, tunc torrido sale repleto, primo vaporabis et post vaporationem sudorem deterges et sic medicamentum supra dictum appones. etiam et per nares

1 his . . . concoctis *p*: haec . . . concocta (cū cocta *c*) *gc*. spano *gcp* (*i. e.* hispano, *ex graeco σπανόν cf. Gal. 12, 513.* $g^c$ *inter lin. add.* purū = puro): ispano $p^c$. et fenugreco *add.* $p^c$ *post* spano. 2 embrocabis: unguas *supra scr.* $g^c$. 3 cooperies *p*: co[c]operis *g*, cooperis *c*. et (fr.) *gc*: *om. p*. 5 pulegio amixta *c*. aliquantulo panis et acéto et mente foliis aut persici. hec *etc. p* (*suo quidem errore, nam dativus est* foliis). ex *g*: et *c*. 6 admixto *hic om. p (solus).* Haec *g* (h̛ *p*): Nec *c*. 8 temporum (*cf. Sim.*): tempore *gcp*. doloris *gc*, et dolore *p*. Nam *gc*: quod (ꝗ) *p*. etherocraniam *gc*, ethorocaniā (*sic*) *p*. 9 de persicis *ego (Plin. 23, 132 item Plin. iun., Gargil.)*: desuper (*sic*) *gpc*. sub *ante* ęquali *add. c*. ex *c*: et *g*, c̄ (cum) *p*. 10 oblinies *gc*: oblines *p*. aloe *p*. amoniacum *gp* (aloen rameniacum *c*). 11 et *p*: *om. gc*. masticen *c*: mastice *g*, mastic̄ (—cum) *p*. teres *c*: teris *gp*. illinis *g* (ilinus *c*), īlinis *p*. 12 emigranion *gp*, emicranon *c*. aloes et crocomagmatis *p*: aloen et crocomagma *gc*. 13 euforbi *g*, —bii $g^cp$, —biū *c*. *ad rem cf. Gal. 12, 595.* partem: pars (ps) *c*. unam *om. c*, *qui habet* c. aceto una teris. teres et t. *p*. tempus *c*: timpus *gp*. oblinies *g*: —niens *c*, —nes *p*. 14 fuerit: super est *c*. saculo *gc*. 15 tunc *om. p*. 17 per *om. p*.

apoflegmatizabis hoc modo. cyclaminis herbae radicis p. 169 sucum et radicis betae sucum | in unum commiscebis et tepidum sedenti resupinato capite naribus infundes. sed oportet primum calidam mulsam in ore inferre vel gargarizare, ne descensu medicamenti ad inferiores partes per nares accepti plurimum fauces adurant. tunc inclinato capite per os aut nares humorem decurrere dimittes. si vero totum caput doluerit, cavendum a cataplasmate vel diversarum rerum vaporationibus, maxime in is qui ex plenitudine capitis laborant. observandum etiam et a comestione lactis vel ab eis quae similiter implere caput noscuntur et omni nervositati contraria probantur, ut sunt nuces palmulae lenticula oryza carduus olivae nigellae et his similia.

si vero dolor minime fuerit exclusus, cyclica curatione erit depellendus hoc modo. in primis capillaturam capitis detondes et rades, et si ieiunium minime ferre potuerint, a solito minus cibum accipiant, inhibito vino aqua calida potabis. tunc secunda vel tertia die anagargarismatis confectione dia ysopu appellata per palatum purgabis, quod

1 apoflegmatizabis: *supra scr.* $g^c$ ıđ flegma iactare facias (apofl'eatiçabis *p*, apoflemanzabis *c*). 2 betę (ıđ plantago maior *supra scr.* $g^c$) *g*(*c*)': bace *p et supra* nete $p^c$. unum *gc*: *om. p.* commisces *gcp.* 3 infundes *g*, —dēs *p*: —dis *c.* 4 in ore inferre *g*, in hore ferre *p*, in ore fere *c* (*qui om.* vel). 5 descendendi *c.* 6 adurat *p*, —ret *c.* 7 per hos *p.* humores *c.* dimittis *gp*, permittas *c.* 8 cataplasmate *g*: —tū $g^cpc$. 9 is: his *gpc.* 10 et *om. pc.* a cōm⟨est⟩ṭione *g*, a comeṡtione *c*, a commixtione *p.* 11 implere *om. c.* 12 noscunt et omnem (om̄7) nervositatē 9trariā (?) probant *c.* omni *om. g.* 13 lenticule *p.* oriza *c*: orizia *gp.* cardū *gpc.* 15 ciclica *gpc. cf. C. A. p. 275 sqq.* 17 ferre minime *p.* 18 a *om. p.* cibum: cibo *g*, cibos *p* (*c*?). inhibito *c*: inibiṭo *g*, innibito *p.* aquam calidam potent *p.* 19 vel *gc*: aut *p.* die *om. p.* ana *om. p.* anagargarismate *c.* confectione (—oē) *p*: confectio *gc.* 20 ysopū *g*, isopuʒ *c*, ysopi *p.* appellatū *gc*: —ti *p.* appellati — 3 X *om. p.* (*sed suppl.* $p^c$ *in marg.*).



Graeci dia tes yperoas dicunt, hoc est ysopi 2 X, thymi 2 VI, origani et staphisagriae dr̄ quaternas, passi optimi eminam I, aceti dimidiam partem: herbas ante diem infundes et diligenter fervere facies, liquabis et dabis gargarizandum potione una tribus diebus, in sole ita ut orario velato capite dorsum ad solem ponat, et per singulos dies postquam purgaverit tepefacto oleo caput tangat, et refectionem accipiat simplicem, ut sunt ova sorbilia et holera malva beta atriplices cucurbita blitum ex iure pullino et parvo sale et aneto, et piscem tenerum ut est turdus gobio aut asellus vel scorpius aut scarus, aut pullos gallinaceos aut columbinos vel cerebrum haedinum assum aut certe porcinum, et vinum aquatissimum potet. transactis vero tribus purgationis diebus propungentes capillos medicinali psilotro in balneo facies, id est auripigmenti laminae ÷ IS, sandaracae S, pumicis tusi et in novo cacabo assati et cimoliae cretae torrefactae, ambarum specierum scripulos senos, calcis vivae ÷ VIII.

1 diathesy peroas *g*, diathes ypereas $p^c$ (*idem adscr.* fr̄ ēt dia tes yperoas), dia tes ypereos *c.* tymi *g*, t^h^imi *p*, thimi *c.* 2 staph(f)isagrię *g*(*pc*). dr̄ quaternas *g* (3 quaternas *c*): an̄ (ana) 3 IIII. *p.* 3 emina . . . dimidia pars *p*, emina et aceti dimedia pars *c.* 4 facies *pc*: facis *g.* liquas *gp*, liqua *c.* 5 potionem unam (potione una *c*) in sole diebus tribus *pc.* 6 deorsum *c.* 8—13 *cf. Cael. Aur. p. 276.* accipiant *p*, —piet *c.* 9 olera *pc.* bleta *p.* a⟨ct⟩riplices *in ras. g.* cucurbitas *p.* blitū p: blattum *g.* cucurbita — piscem *om. c.* (*ubi* atriplices teneros). 10 aneto cocta *add. p.* 11 gabio *p.* assellus *gp.* scarū *g.* 12 vel pullus gallinaceus aut columbinus *p*, vel pullis galinaciis aut columbinus *c.* 13 assum *g*: assatum *pc.* potent *pc.* 14 purgationum *c.* 15 psylotro *g*, spilotro *c.* in balneo facis (*sic*) *gpc* (*ubi deest quod* facis, *sc.* expoliari *vel tale quid. cf. Cael. chr. 1, 36*). i⟨đ⟩ *g*: h̄. ē *p*, hec est *c* (*sc. iam describitur psilotri confectio*). 16 lamina c̄ IS *c.* quimolia et creta (alba terra *suprascr.* $g^c$) torrefacta *g*, quimolie et crete torrefacte *p* (*sed* cimolia, —e $g^cp^c$), quimolea et creatatore facta *c.* 18 scr^v^ipulos senos *g*: 3 VI *p*, c̄ senos *c.*

tundes supra dictas species et cernes, et primo calcem cum aqua competenti coques in novo cacabo testeo ut non durius sed liquidum videatur, et sic supra dictas species superasperges, et leviter coques et penna galli- p. 170 nacea probabis quae non fuerit oleo | polluta. tunc paululum tepescere sines et sic caput contra capillaturam lines cautius ne oculos contingat, et cum sufficienter cutem constringi senserint in vaporem mittes, et cum sudare coeperint, oculis clausis vel supra linteolo ligatis totum caput catafricabis et adiecta aqua calida lavabis, et postquam laveris, asperso cantabro manibus moderate fricabis et iterum lavabis. tunc oleo perungues et in solio descendere dimittes et post unum diem in sole totum caput ad scapulas per dies numero quinque dropace induces. cuius dropacis confectio talis est. cerae, picis siccae, resinae pituinae, nitri libras singulas, resinae frixae ∸ VI, pyretri, bituminis iudaici, sulphuris vivi, ellebori albi, adarces, stafisagriae, omnium specierum VI uncias binas, piperis et olei sicyonii uncias quaternas. peractis vero dropacis quinque diebus in lavacro sympasmate uteris quod conficies

1 tundēs *p.* 3 du2 . . . liquid' *p.* 4 aspercis *p*, aspergis *c.* leniter *c.* coquis *c.* 6 t. sinis *gp*, tepefacies *c.* linis *gpc.* 7 contigat *ante corr. g.* cutem sufficienter stringi s. *c.* 8 vapore *c.* 9 ceperint *g*: ceperit *pc.* vel linteolo supra *p.* 10 catafricabis (!) *gc*: cataplasmabis (catapl'ab') *p.* lavaveris *p.* 11 cantabro: $g^c$ *suprascr.* chlia. frigabis *p.* 12 perunges *p*, —gis *c.* in solio (solium): solio (*supra scr.* $g^c$ balneū sudoris) *gcp* (*om.* in). 13 dimittis *gpc* (dimittis descendere *c*). post *c*: per *gp.* ad *g*: usque ad *pc.* 14 numero *gc*: *om. p.* tropacem *c.* inducis *gpc.* 15 dropacis *om. c.* est talis *c.* 16 pituine — resine *om. c.* *abhinc nisi plane nos deficit cod. g, quae exempli causa adscripsi vitia codicum cp, ut sunt innumerabilia neglexi.* 17 adarces *gpc* (ursini testiculi *supra scr.* $g^c$). 18 omnium — uncias *om. p*, *qui habet* agrie an̄ ∸ ⟨VI *add.* $p^c$⟩. VI *c*: septem *g.* 19 sicionii: ex cucumeris agrestibus fit *suprascr.* $g^c$. 20 ī lavacro *pc*: bilavacro (*sic*) *g.* simpasma *gc*: sinplasmate *p.* quod *p* (*c*?): quam *g.* conficis *gc*, —citur *p.*



sic: nitri libram I, salis torrefacti ∸ VI, feclae, bacarum lauri, cyperi, stafisagriae uncias singulas, samsuci et squinuanthi scripulos VI tundes in uno et tenuissime cernes et uteris diebus tribus. post haec vomitu ex radicibus uteris, quod graeci dia rafanidon vocant, hoc est radices purgatas et lotas libra una concisas et pridie in oxymelle infusas ex duabus mellis partibus et una aceti comedendas dabis. et cum mordicationem [stomachi vel *suppl. I thoracis senserit, calidam aquam superbibendam dabis et immissis pennis ori vel faucibus vomitum provocabis et vario cibo nutries ex diversis volatilibus vel quadrupedibus silvestribus, ut sunt capreae lepores perdices fassae et his similia. et etiam conditum ex melle vel passo dare permittes. post haec et sinapismo uteris hoc modo. sinapis libras II et S, caricas numero XV, panis ex aceto infusi ∸ VIII, haec omnia singillatim trita et in uno commixta panno induces et totum corpus illines, si omne corpus curare voluerit, vel si ipsum caput solum curare voluerit, panno ut supra dixi induces et totum caput operies. et

1 fecla (*ante corr.* feda, *ut c*) *gp.* id̄ feces vini vel aceti. Id̄ est et feclis *suprascr.* $g^c$. baccas *gc* (bace *p*). 2 cyperi *gc*: piperi *p.* uncias singulas *gc*: an̄ ∸ I *p.* 3 squinuanti *g*: squinanti *p*, —tis *c.* ſct *g* (scrūp $g^c$): ʒ *p*, *om. c.* ~~inunde~~ inuno *g*, in vino *c et* $p^c$. 4 vero *add. p* (*post* hec). vomitu *p*: —to *g*, —tuȝ *c.* 5 quod *g*: quē *c*, qn̄ *p.* diarafinidon *g* (—fanidon *cp*). 6 libram unam *gc*, t̄. I. *p.* in oximelle: *sic gpc.* 8 et cum mordicatione. *Sic g, ubi reliqua huius cap. desunt, sequitur* Ad ptisicos II. cap. 10 ori $p^c$ *c*: horis *ante corr. p.* faucis *c.* 11 varios cibos *c.* nutris *cp.* 12 capree *c*: capre *p.* fasse *c*: *om. p.* 13 similibus *cp.* vel *c*: aut *p.* 14 permittis *cp.* *cf. de sinapismo Archigenes apud Aetium III, 181.* sinapi libras duas 2̑ *c.* 15 carecas nūo XV *c*: caricarum XV *p.* 16 ∸ VIII *p*: c̄ VIII *c.* singulatim *c*, singula *p.* uno *p*: vinū *c.* 17 inducis *cp.* inlinis *p*, illius *c.* 18 volueris *p*, —runt *c.* vel ipsum (*sic*) *p*, aut sine alio vel ipsum *c* (*pro* aut si ⟨at. vel⟩ ipsum?) caput solum *c*: solum caput *p.* curare voluerit (*c*): *om. p.* 19 inducis et totum $p^m$ *c*: ꝛidt̄ (*sic*) *p.* operis *p*, aperis *c.*

dimittes ut operetur usque ad ruborem cutis quem Graeci finigmon vocant. tunc in balneum mittes, et cum sudaverit, caput in solio ut mergat imperabis, et omnem cycli curationem terminabis.]

## (p. 176) II. Ad tineas capitis.

Tineas capitis Graeci achoras vocaverunt. emergunt frequenter in corio capitis ex viscoso quodam ac tenacissimo humore mellis simili, ut etiam et ulcera corticosa ostendat.

in curationibus autem ob nimietatem humoris oportet in principio purgatorium dare, ut sunt catapotia Galeni quae superius in passione capitis scripta sunt. sin vero fuerit parva hoc est modica ulceratio, sufficiat topica adiutoria adhibere quae nos localia dicimus, ut est psoricon medicamentum ad scabiem totius corporis inferius scriptum: per dies quinque praetonso pressius capite in sole bis in die fricabis, et cum videris loca nimium humectari, ptygmate fovebis id est calida aqua in qua decocta sunt rosa, p. 177 murta sicca, cupressus, | rubi virides turiones, siliquae graecae aridi rami. et postquam fomentaveris, cataplasmate uteris, hoc est lenticulas et cortices de malo granato coques simul in aqua et teres separatim, tunc

1 dimittis *cp*. 2 finigmo *p*, fimgmon *c*. in balneum mittis *c*: in balneo dimittis *p*. 3 c. ut in solio m. *c*. mergant *cp*. 7 *cf. Gal. cata top.* XII, 464 (*eupor.* XIV, 323 = *Oribas. eupor.* IV, 12). quodam *p*: quondam *gc*. 8 et *om. p*. 9 ostendant *pc*. 11 catapotię *g*, —putie *pc*. gallieni *g*, galieni *pc*. 12 scriptae *gpc*. 13 hoc est modica *gc*: *om. p*. sufficiant *gpc*. 14 sporicon *ante corr. p*. 16 V *p*, VI *c*. praetonso *gp*: precioso *c*. 17 frigabis *p*. tigmate *gpc*. 19 murta *g*, mirta *pc*. rubi *item* siliquae — uteris *om. c*. rubi viridis (*sic et cp*) *in ras.* $g^c$. turiones (id est cimae $g^c$). siliquae (id est prunę silvestres $g^c$). silice *p*. 20 aridos ramos *g* (—i *pc*). 21 Lenticula *gpc*. de ipsa arbore de malo granato (id est de ipso arbore *supra* $g^c$ *qui delet idem in textu*) *g* (de mala granata *ante corr. g*): mali granati *pc*.



commiscebis ex aequali modo et addito melle et aceto linteolo inductum appones. et cum videris loca bene fuisse desiccata, cerotario uteris quod conficies sic. sulphur vivum, bacas lauri, herbam perdicion id est parietariam, omnia singillatim teres ita ut sulphuris plurimum mittas. tunc ceram cum oleo myrtino sufficienti resolves et cum infrigidaverit rades et supra dictas species admiscebis et inductum appones. etiam et in lavacro caput ex sapone fricabis in quo prius fuerit sulphur admixtum. et si forte canosi capilli fuerint nati, frequenter psilotro emendabis caput.

## III. Ad pediculos.

In cachecticis corporibus id est mala habitudine affectis pediculosa passio generatur quam Graeci pthiriasin vocant.

curationis autem tempore tali medicamento uteris, hoc est staphisagriae partes duas, sandaracae et nitri partes singulas cum aceto et oleo diligenter teres et caput perungues, sed oportet antea aqua calida salsa lavare et detergere et sic unguere. |

## IIII. Ad capillorum defluxionem. p. 178

Defluxio capillorum contingit ex debilitate corporis

1 commisces *gc*, miscebis *p*. ex . . . (modo) et *om. p*. 2 fuisse *gc*: *om. p*. 3 cerotarium *g* (—rio *pc*). conficis *g* (—cęis *p*), —citur *c*. 4 baccas *gc* (bacas *p*). 4 περδίκιον *adhibet Soranus* (*Gal.* XII, 494). id est paritaria (*sic*) *g*: *om. pc*. omnia *om. p*. 5 singillatim *g*: singulatim (sigl'atī) *pc*. 7 admisces *gpc*. 8 etiam et *gc*: et *p*. 9 frigabis *p*. 10 frequenti *pc*. 11 caput *g*: *om. pc*. 13 cacecticis *g*: cateticis *p*, cactecticis *c*. 14 peduculosa *g*. py[ri]asin *g* (ri *supra* $g^c$), ptiriasī *p*, ptinasī *c*. 15 *curatio est Archigenis ap. Gal.* XII, 463 = XIV, 323. 16 sandaraca *gc* (—ce *p*). nitrum *g* (nitri *pc*). 17 teris *gpc* (*sed* perungues *g*, —ges *pc*). 18 seoportet *ante corr. g*. salsa caput lavare *c*. 19 unguere *g*: —gere *pc*. 20 Ad fluxum capillorum *p*. 21 debilitatione *c*.

aut macronosia laborantibus id est longa aegritudine, aut laborioso in feminis partu.

ob diligentiam vero curationis ladanum cum vino nigello conteres donec mellis sumat crassitudinem et illines. adiantou herbae, rosmarini, myrtae nigellae viridis, omnium trium manipulos singulos, aluminis lipari ℔ III, olei spani et aquae et vini nigelli, omnium trium eminas singulas, coques ut ad oleum redeant, ita ut remaneat *modicum humoris ne oleum ardeat.* tunc liquabis et caput perungues.

## V. Ad alopiciam.

Omnibus capillosis in locis veluti rotundo schemate desertio efficitur capillorum. sed nomen alopiciae accepit, si quidem postquam fuerint curati tenues canosos et veluti flavos capillos ostendant, sicut animalis vulpeculae quam Graeci alopeca vocant.

curatio autem eiusdem passionis talis est. minutas vel densas scarifationis laceraturas dabis quas Graeci amychas vocant, et super acriorem cepam quassatam fricabis,

1 macronosiam *g*, —nosia *c*, —noxia *p*. i. longam ęgritudinem *g*. 4 conteris *gc*, teris *p*. 5 illinis *gp* (illius *c*). adianton *g*, —tū *p*, addiaton *c* (id est barba iovis. id est &azon quę vulgo semperviva dicitur *supra g*ᶜ). myrtae *g*: mira *c*, et mirte *p*. 6 omnium trium *gc*: *om. p* (*item v.* 7). ℔ (libras) *g*: ℥ *p*, ℨ *c* (λίτρας γ̄ *Gal.* XII, 431. XIV, 322 *in alio ad idem med.*). lipari (id est rotundi *supra g*ᶜ). 7 yspani *g*, spani *pc*. 8 coques *gc*: coquas *p*. redeant *g*: reddeat (*sic*) *p*, redat *c*. ita — ardeat *om. c*. 9 liquas *gcp*. 10 perungues *g*, —ges *pc*. 11 alopiciam *gp*, allopiciam *c*. 12 scemate *gp* (stomate *c*). 13 alopicia *gp* (alopicia — flavos *om. c*). accipit *p*. 14 fuerit curata *p*. tenuos (*sic*) *g*. canosos: *sic gp*. 15 sicut animalis vulpeculę (vulpicula *c*) *gc*: sicut vulpecula *p*. 16 alopecan *g* (—ca *p*), vulpiciam (*sic*) *c*. 17 Curatio — est *gc* (ita est *c*): Curatio eius talis est *p*. minutas̄ vel *gc*: *om. p*. 18 scarifationes *gp* (scraffícaciones *c*). laceratis (*sic*, —tas *c*) dabis *g*: in locis illis (!) facere iubeo *p* („laceraturas" *servat Petr. c. 3*). amichas (*sic*) *gpc*. 19 frigabis *p*.



aut nasturcii semen cum sinape et aceto teres et illines, aut catti stercoris partes duas sinapis partem unam cum aceto teres et illines. | [aliud. avellanas combustas conteres cum axungia aut adipe ursino et oleo de lucerna et illines, ante vero ipsam alopiciam nitro trito cum panno fricabis et illines.' aliud. adipem ursinum euforbio mixtum cum oleo de lucerna illines. aliud. stercus muris cum aceto tritum et illinitum capillos educit.

*finitur p. 178. *suppl. II.*

## VI. Ad cantabriem capitis.

Cantabriem Graeci pityriasin vocant. emergit frequenter ex humore acri vel intemperantia corporis quam Graeci acrasian vocant. nascitur quidem pruritus in superficie cutis capillosis in locis, ut etiam tenuissimas squamillas albi coloris emittant cantabro similes, unde nomen pityriasin accepit.

in curationibus vero lac ovillum seu bubulum vel caprinum cum melle potui dabis pro comparatione pruritus. etenim acredinem humoris addulcat vel obtundit et non curiose sed simplici inductione ventrem depurgat. nec non etiam flebotomia ex brachio erit adhibenda, maxime si aetate iuvenes fuerint patientes et secundum naturam plurimo sanguine abundaverint, quos Graeci

1 synape *g*, sinape *p*, —pi *c*. et (ex *c*, in *p*) aceto *g*. illinis *gpc*. 2 catti (gati *c*) stercus *gc*, siccati. s. coris (*supra deleta* gatti ster *corr.*) *p*. synapis *g*, sinapis *p*, —pi *c*. 3 illinis *gc*, —nies *p*. 5 illinis *pc* (*item v.* 6. 7). et *p*: aut *c*. vero *om. c*. ipsa alopicia *p* (—am *c*). 6 panno *p*: pane *c* (ἐκνιτρώσας καὶ ὀθονίῳ ἐκμάξας *Gal.* XII, 406). frigabis *p*. euforbie *p*, cū forbio *c*. 7 lucernis *c*. *hoc frequens rem. v. Gal. XII, 240. 329. 418. Marc. p. 45.* 9 illinitum (*sic*) *pc*. 10 petiriasin *p*, ptinasin *c*. 11 acro *c*. 12 acrasiā *p*, —sıa *c*. quidem *c* (*Petr.*): quidam *p*. 13 squamas *c* (*Petr.*). 15 pruriasī *p*, pitinasin *c*. 16 ovillum *c*: ovinum *p* (*Petr.*). bubulum *c*: bubulinum *p* (*Petr.*). 17 comparatione *c* (*Petr.*): acredine *p*. *fort.* comp(l)acatione. 18 adulcat *pc* (addulcat *ips. corr. c*). 19 nō *c*: ū (*pro* n̄) *p*. 22 plurimum sanguinis *c*.

polyemos vocant. aliud. betam cantabrum nitrum faenum graecum in uno simul decoques, ex ipsa decoctione caput lavabis. etiam et sympasmate tali uti oportet. murra aloe afronitrum sulphur vivum elleborum album ptisana sicca pari pondere contusa atque cribellata in balneo aspergenda.

## VII. Ad papillas vultus.

Tempore pubertatis et mediae aetatis ionthi saepius in vultu nascuntur parvulas extantias ostendentes, per quas cum cortex unguibus fuerit abstractus, humor sequitur virosus vel mucilentus. aliquibus vero longo tempore fundati solidantur et occallati indecentem faciunt vultum.

curationis vero tempore accipies dragantum aqua infusum et cum molybdaena trita commiscebis et simul teres donec mellis sumat crassitudinem, et ad vesperam illines vultum et dimittes tota nocte. tunc lucescente die cantabro lacte consperso faciem fricabis et tepida aqua lavabis, etiam et sympasmate blando in balneo uteris. sed oportet primo unguibus leviter cortices abstrahere et hu-

1 polimos *p*, poliem̄s *c*. 2 in uno *p*: *om. c.* dequoques *p*. decatione *p*. 3 et *om. c.* simplasma tale (—li *c*) oportet *pc* (uti *addidi ex Petr.*). mira *c* (*Petr.*): mirte *p*. aloen *c*, aloes *p*. 4 afronitri. sulphuris vivi. ellebori albi. ptisane sicce *p* (*nomin. ubique c*). 5 pari pondere *c* (*Petr.*): paria pondera *p*. concussa *c*. atque *c* (*Petr.*): et *p*. aspergenda *p*, —do *c*. 6 *tit.* (*ex c*) *abest p* (Ad hiantes *Petroc. c.* 23), Ad chiantus (hianthus *c*) i. papillas (papelas *c*) que in vultu nascuntur *ind. p* (*et c*). 7 medie *c* (*Petr.*): medio *p*. hionti *p*, biuti *c* (hiantes *Petr.*). 8 extangias *p*: 9 abstractus *p*: —ta *c*. 10 virtuosus *pc*. 11 ioccallati *p*. occalanti *c*. indecenter *c*. 13 tempore *om. c.* accipes *c* (—pies *Petr.*), *om. p.* dragantum (*sic*) *pc* (tragantum *Petr.*). 14 molibdena *c*, mollibdena *p*. trita *c* (*Petr.*): tritum *p*. commiscebis (*Petr.*): —ces *pc*. 15 sumat *c*: sentiat vel sumat *p*. 16 illinis *pc*. dimitte *c*. totam noctem *p*. 17 consparso *c* (*Petr.*): compresso *p*. frigabis *p*. 18 et *om. p.* 19 et humorem (*Petr.*): et tumorem *pc*.



morem exprimere, et sic medicamentum supra dictum linire.

## VIII. Ad maculas albas.

Maculas albas Graeci alphus leucas vocaverunt. nascuntur aliquando in vultu aliquando in toto corpore ex flegmatico nimis acri vel salso humore.

quas quidem sic probabis si ex parte curari poterunt aut certe omnino incurabiles ostenduntur. superficiem cutis, id est maculam candidam acu vel acuto flebotomo modicum punges ut non nimis penetres, et si lacteus humor fuerit exclusus, omnino incurabilis demonstratur. si vero pro humore sanguis exierit, ex parte curari ostenditur. propterea oportet flegmagogum purgatorium dare quod dicitur elaterium. conficitur sic. accipies cucumeres amaros agrestes maturos et secabis et in vas aeneum mittes. alia die manu exprimes et ipsum sucum sub ferventi sole siccabis, et postquam siccatus fuerit, addes iterum ex ipso suco modicum ut bene crassescat. et fac trociscos drachmarum singularum, ex quibus dabis unum cum mulsa ieiuno. hoc purgabis humorem frigidum id est flegmaticum, maxime a capite vel a fundo cerebri, unde omnis nervositas infunditur. et post purgationem

1 medicamento . . . dicto *p* (*Petr., ubi* illinire). 4 alphus *c* (alphas *Petr.*): alfos *p*. 6 vel nimis *Petr.* acro *c*. 7 poterint *p*, potuerunt *c*. 8 aut certe: *sic pc* (*l.* aut contra?). ostendit superficies cutis *pc* (*Petr.*). 9 id est: idem *c*, *om. p.* macula candida *c* (*cf. Petr.*), maculas albas vel candidas *p*. 10 modicū *c*: —co *p*. et non minus p. *c*. et *p*: sed *c*. 11 incurabiles demonstrantur *p*. 12 ostenduntur *p*. 14 elacterium *p*, darium (*sic*) *c* (*ἐλατήριον sec. Gal. XII, 122 est sucus fructus cucumeris agrestis*). 15 et secabis (*cf. Plin.* 20, 3): et stipticos *p*, et siccatos *c* (excitalla *Petr.*). 16 exprimis *p*. sub *c*: *om. p* (ad solem *Petr.*). 17 siccatū *c*, siccat̄ *p*. 19 dragmarum (*ut semper et g*) *cp*. unum (*Petr.*): .I. *pc*. 20 cum *om. c.* ieiuno (*Petr.*): —nus *c*, —nis *p*. ħ purgabit *p*: depurgatum (hūōre) *c*. frigidum *c* (*Petr.*): *om. p.* id est: .i. *p*, idem (*sic*) *c* (*item p. 16, 2*).

factam biduo vel triduo lacte caprino nutries, et post haec adhibebis adiutoria metasyncritica id est quae renovare valeant temperiem corporis naturalem, ut sunt desiccatoria sympasmata vel cetera quae de cyclo superius in passione capitis scripsimus.

## VIIII. Ad maculas nigras.

Maculas nigras Graeci alphus melaenas vocant. nascuntur aliquando in vultu aliquando in brachiis aliquando in toto corpore, aliquando fuscae aliquando nigrae aliquando asperae veluti zernosae, quas Graeci lichenodes appellant. ex melancholico humore efficiuntur id est ex nigri fellis redundantia.

propterea in principio curationis cathartico melancholicum non solum semel sed frequenter purgabis. quod catharticum conficies sic. epithymum optimum id est non vetustissimum et ex locis maritimis sumptum quantitate semunciae I decoques in aquae calices latiores numero III usque ad tertiam partem, tunc diligenter liquabis et in ipsa decoctione miscebis oxymellis coclearia III et ieiunis dabis. et post dies purgationis alio medicamento uteris] p. 179 inc. ad maculas nigras et zernosas et ad maculas nigras in vultu feminis ex abortione praecedenti factas vel adustione

1 nutris *pc.* 2 adhibebis *c* (*Petr.*): adhibita *p.* metas incritica *p*: metasin cretica *c.* 4 simplasmata *pc.* deciclo *p*, decito (*sic*) *c.* 7 alfus melanas *c*, alfos melenas *p* (alphos meletos *Petr. c. 25*). 10 zenose *c.* licedōes *p*, licedone *c.* 11 efficiuntur (*Petr.*): efficitur *c*, *om. p.* 13 catarticum melancolicum *p*, catartico melancolico *c.* 15 conficis *c* (*Petr.*), conficitur *p.* Epithimū . . . semuncie . I. *c.* Epithi novi non veteris ex l. m. collecti ÷ S. *p* (*brevius Petr.*). 17 decoquas *p.* aqua calices . III. *p*, aqua calices laciores (*sic*) nūo . III. *c.* 18 partem *c*: *om. p.* liquabis (*Petr.*): ligabis *pc.* 19 decatione (*ut supra*) *p.* miscebis *p*: *om. c* (addes *Petr.*). oximellis *c*, examl' *p.* 21 cernosas *g.* et ad m. nigras *om. p* (*non gc*). in vultu. in feminis *g*, (nigras) feminarum *c*, in vultu viri seu femine *p* (in vultu femine *Petr.*). 22 facta *g.*



solis quas Graeci ephelidas vocant. etiam et cicatrices nigras ubicumque evenerint haec confectio ad unitatem coloris cogit, et conficitur sic. cumini drachmam I, guttae ammoniaci et amygdalarum amararum decoriatarum drachmas senas, ellebori nigri drachmam I, nitri drachmas II, cucumeris agrestis suci ex radicibus expressi ÷ II, mellis ÷ VIII conficies et maculas supra dictas fricabis. etiam et in lavacro sympasmate uteris quod conficies sic. sulphur vivum et nitrum et herbae draconteae radices et ibisci radices siccas, omnium quattuor ÷ singulas, myrtae nigellae siccae ÷ II, ellebori nigri et chamaeleontis nigri radicis id est sefra [nigra], ambarum specierum ÷ quaternas. quae tundenda sunt tunduntur et quae terenda sunt teruntur, et simul commixta iterum in uno usque ad ultimam tenuitatem teruntur. |

1 ephelidas *g*: effilidas *p*, ofelidas *c.* 2 evenerint: venerit *g*, —rint *p*, fuerint *c.* hęc confectio *g*: *om. pc.* 3 cumini *g*: cimini *pc.* gutte *p*: gutta *g* (guta *c*). 4 ammoniaci *gp*: —ce *c.* et *gc*: *om. p.* amigdulas (*sic*) amaras decoriatas *g*, amigdalarum amararum decoctarum *c*, amigdalar̄ ama. et decoriatar̄ *p.* dragmas senas *gc*: ʒ. VI. *p.* 5 Elleborum nigrum. nitrum dragmam. I. *g.* ellebori nigri ʒ. I. nitri (miri *c*) ʒ. II. *cp* (*Petr.*). 6 expressi *gc*: et prassii *p.* 7 conficis *gcp*, terendo confice *Petr.* supra dictas *gc*: *om. p.* 8 sy(i)mpasma *gc*: sinapismate *p.* quod *pc*: quam *g.* conficis *g*, —citur *pc.* sulphur . . . nitrum *g*: sulphuris vivi et nitri *c* (sulphuris vivi tatri rad'. dragondee. rad' hibisci sicce. ÷ I *sic p*). 9 et i[n]visci *g* (& misci *c*). 10 omnium quatuor *g*: *om. p.* omnium — siccae *om. c.* myte (*sic*) *g* (mirte *p*). 11 et *g*: *om. pc.* cameleontae *g* (—te *pc*) *et supra g*[c]: „ıđ hedera nigra (*glossam sequitur Petr.*) idem est et camelea atque scissa“. nigrae *g*, nigre *cp.* 12 radices *g* (rad' *p*), *om. c.* ıđ. se fra nigra *g*, i. sefā nigra *c*, i. sefre nigre *p* (*in textu omnes*). an̄ ʒ. IIII (*om.* specierum) *p.* 13 quae — teruntur *gc*: que sunt terenda terantur et que tuntenda tundantur *p.* 14 sunt *hic om. c* (*ut p*). iterum *om. p.* in uno *p*: in vino *g* (Nunc *c*, *ubi male distinguitur*). 15 terantur *p.*

p. 180

## X. Ad perniones.

Latini perniones a pernicie patientium locorum partium nomen accepisse dixerunt. Graeci vero chimetla dicunt ab hiemis tempore quod chimona vocant, siquidem ipso in tempore supra dicta passio nascatur, cum tenera corpora glaciali frigore fuerint adusta. sequitur patientes circa articulorum loca pruritus quidam et inflatio.

oportet in ipso initio ex decoctione rutae et murtae admixto modico aceto et sale loca quae patiuntur fovere et diligenter detergere. tunc alumen liparum cum oleo conteres usque ad crassitudinem mellis, oblinies. aliud. adipem vitulinam liquefacies et admiscebis turis mannae, et similiter ut supra oblinies. aliud. coques in oleo scillam contritam et perungues. aliud medicamentum ulceratis pernionibus conveniens. aluminis lipari et murrae et calcis vivae et turis masculi, omnium quattuor ÷ ternas, picis durae Ƶ IIII, cerae ÷ II, olei ÷ III. quae sunt sicca cum vino modico teruntur, et sic crassum cerotarium miscetur. facit et ad universa ulcera vel vulnera.

1 Ad perniones morbos *p* (i. ad tumores digitorum hyemali tempore contingentes *add. p*[c]). 2 Latine *ante corr. g.* pernetie *g* (—nitie *p*, —nicie *c*). locorum *om. p.* 3 cy(i)methla *gp*, cimecla *c.* 4 dixerunt *c.* 5 in *om. p.* nascatur *g*: nascitur *pc (Petr.).* 7 loca *g (Petr.)*: locos *pc.* 8 ex *pc*: et *g.* murtae *g*: (mirte *p*?) mire *c* (mirre *Petr.*). 11 et (*ante* obl.) *add. p (Petr.).* 12 vitulinam *g(p)*: —num *c.* liquefacis et admisces *gcp.* turis mane *c*: turis manna *g*, thus Mag[a] *(sic) p.* 13 oblinies *gc*: —nes *p.* Al'. in oleo coquas *p.* 14 scillam contritam *ego (Diosc., Prisc. p. 27*[a]*)*: cilla citria *g*, stilla citrina *c*, squillā citrinā *p.* medicamentum *gp*: *om. c* (*ubi* Aliud quod u. p. convenit). ulceratis *pc*: *om. g.* 15 lippari *g.* et *om. p.* murrae *g*, m[i]re *p*, mire *c.* 16 et *it. om. p.* thus masculi *p.* omnium quatuor *gc*: *om.* ꝑ. ÷ ternas *g*: ðr. t[l]nas *c*, ʒ III *p.* 17 Ƶ *g*: ℥ *p*, ʒ *c.* olei ÷ III *ante* picis . . . *in p.* 18 teruntur *gc*: —rantur *p.* 19 miscetur *g*: misceatur *p*, misce *c.* et *om. p.* ad diversa u. *p.*



## XI. Ad impetigines id est zernas.

Impetigines quas Graeci lichenas vocant, Latini vulgo zernas appellant. | nascuntur ex melancholico humore, rotundo schemate, in superficie cutis, cum ingenti pruritu et asperitate, et curantur similiter ut maculae nigrae superius scriptae. p. 181.

aliud. trociscus appellatus a Graecis lichenicos id est medens impetigines. recipit aluminis scissi et rotundi, chalciteos, melanteriae qua sutores utuntur, chalcanthi, lepidos aeraminis, omnium specierum sex drachmas quaternas, sulphuris vivi Ƶ II, alcyonii Ƶ XIIII, cantharidum Ƶ I, aeruginis Ƶ VIII, foliorum caprifici Ƶ VI, cumini Ƶ IIII, aceti quod sufficiat. conficies et in usu aceto mulso salito resolves et inlines. ante vero panno laneo aspero zernam fricabis et sic medicamentum illines.

## XII. Ad verrucas.

Secundum Graecos tres differentias habere verrucae ostenduntur. nam dicuntur acrochordones, quae sunt

1 i. zernas *gc*: *om. p (de vulgari vocabulo cf. Isid. IV, 8, 6).* 2 quas: quod *g*, *om. pc.* 7 acrecis *g.* lichenicos *gc*: —cis *p.* id est (.i.) *addidi*: *om. gcp.* medens *gc*: Mederis *p.* 8 Recipit *g*: ℞ *pc.* ℞ autem (āt) a. *c.* 9 calciten (*ante ips. corr.* caltiten *g*) *gcp.* melantera *g*, —teria *c*, melāthenē *p.* qua s. u. *g*: quaternas & inter sutores utuntur *c*, quas sunt et revertuntur *(comp. scr.) p.* calcanti *gp*: cilanti *c.* 10 lepida *gc*: lapide *p.* *supra verba* lep. aer. *p*[c] *scripsit* i. vitriolum. aeraminis *gp*, et āīs *c.* omnium — quaternas *gc* (*nisi quod* ʒ VI *c*): an̄ (*i. e.* ana) ʒ VI *p.* dracmas *g.* 11 sulphur vivum *g (etc., ubi genitivos scripsit p et partim c).* Alquionium *gc*, alquionii *p.* Cantaridas *g*, candaridarum *p* (cantandarum *c*). 12 erugini *g*, —nis *pc.* folia *gc*, —iorum *p.* cumini *g*, cimini *pc.* 13 acoeti (*sic*) *g*, acoti *p*, aceti *c.* sufficit *gcp.* conficis *gc*, et conficis *p.* usū *p.* acoeto *g.* & mulso *c.* sallito *g.* 14 resolvis et inlinis *gcp.* asperso et z. *p.* zernam: enas *c.* 15 medicamentum *gc*: —to *p.* illinis *gp*, fricabis *iterum c.* 19 acrocordonas *g*, —dines *p*, —tines *c.*

fundatae et immobiles vel callosae sine dolore. aliae vero mobiles et radice debiles et modicum circa radicem haerentes. in infantibus saepius nascuntur et aliquando sua sponte cadunt. quae cum digito fuerint impressae, dolorem faciunt similem morsibus formicarum, unde graecum nomen myrmeciae acceperunt. sunt aliae asperae et crispulae in similitudinem summitatis thymi, unde a Graecis thymoe appellantur.

sed omnibus supra dictis una est curatio. hoc est tithymali lacrima, quae est in similitudinem lactis, frequenter ipsas verrucas illines, et putrefactae cadunt radicitus. aliud. ad myrmecias infantum coriandri viridis folia cum sale trita apponuntur.

## XIII. Ad stigmata.

Stigmata dicuntur characteres nominati, quos militantium manus vel feminarum maurarum vultus ostendit.

tolluntur vero periculose medicamento discoriatorio quod Graeci ecdoriōn vocant. est enim causticae et septicae virtutis id est incensoriae et putrificatoriae. cuius

1 vel *gc*: et *p*. 2 et radice mobiles et radice debiles *(sic ex duplici lect.) c*, et radicis debilis *p*. modicum *gc*: —ce *p*. c. radicem. in infantibus *etc. gp*, c. radicem serenes *(sic)*. In infantibus *c* (*unde* serpentes *scripserim, sed* parum radice adherentes *Simon s.* acrocordines). 4 cum *gc*: *om. p*. 5 greco nomine myrmetias nomen a. *g*, nomine greco mirmecias n. a. *c*, n̄ g̔co mirmice ⁿn̄ acceperunt *p* (myrmecias *graece gen. sg.*?) 6 S. et alie *p*. cr pulae *(litt. post* r *incerta* a? e?) *g*, crepule *c*, cripule (ᶜ͡ᵖpule) *p* (crispule *Simon*). 7 tymi *g*, thimi *pc*. tymos *g*, thimos *c*, thomos *p*. 10 titimali *gc*, —malli *p*. lacrimo *gpc*. q̄ est *c*: hoc est *g*, *om. p* (*ubi* t. lacrimo. i. lacte frequenter). illinis *gcp*. p. radicitus cadunt *pc*. 12 mirmecias *gpc*. infantum *gp*: —tium *c*. 14 *tit.* De caracteribus *p*. 17 descoriatorio *gc*, de(d')coriatorio *p*. 18 ecdorion *g*, exdorion *c*, ecdoriā *ante corr.* (*qui* hec doriā *et id. in marg.* eccidoriā!) *p*. Est enim: Etenim *g*. et septicae *g* (et stiptice *c*): *om. p*. 19 incensorio et putrificatorio *(sic) g* (—e *pc*). cuius — est (medicamenti *om. c*) *gc*: quod conficitur sic *p*.



medicamenti confectio talis est. cantharidum, sulphuris vivi, oleae bacarum purgatarum, chalcanthi ℒ quaternas, | *p. 182.* picis liquidae ℒ II conficies et uteris. facit et ad rizonychias id est radices unguium excludendas.

## [XIIII. Ad labia hiantia. *suppl. III.*

Labia hiantia sive crispata Graeci chile caterrogota vocant. et curantur hoc modo. ovi interiorem membranam appones, aut adipis anserini cerae resinae terebintinae omnium trium paria pondera in uno lento vapore commiscebis et in membrana de canna illinitum appones. membrana de canna dicitur illud rotundum quod intra cannam invenitur. aliud ad ragadia et ad ulcera in labiis. gallam et masticen aequali modo conteres et cum isypo et melle attico aut adipe anserino uteris.

## XV. Ad scabiem.

Scabies a veteribus duae esse probantur. una est squamea fusci coloris, quam scabiem squamosam dicimus, siquidem corticosas squamulas in cute ostendunt quas

cantaridas *g*, —darum *pc*. sulphur vivum *g (gen. pc)*. 2 oleae: alei *gc*, olei *p*. baccas (bacẹas *sic p*) purgatas *gcp*. calcanti (calanti *c*) *gpc* (i. vitriola *sic supra g, cf. p ad c. XI*). quaternas *gc*: IIII *p*. 3 conficis *gcp*. rizonichia *gp* (carizorichia *c*). 4 exducendas *p*. 5 *tit.* Albia macia *p*. 6 Labia macia *p* (*et in marg. corr.* i. iantia). crispata *p*: crepl'a *c*. catrogata *p*, caterogata *c (Gal. XIV, 424. Orib. eup. 4, 57)*. 7 Cui interiorē m. *p*, Omni teris m. *c* (*sic*). *scripsi* ovi *ex Plin. 29, 46*. 8 adipem anserinum cere *etc. pc*. 9 omnium trium *c*: *om. p*. uno *p*, uīo (vino) *c*. lento *om. c*. 10 commisces *c(p)*. et membrana de cā | na dicitur *(sic med. om., quae tamen suppl. corr. in marg.) p*. 12 ragada et ulcera *p*. 13 masticē ex equali modo conteres *c*: masticē equo canteres (*sic*) *p*. cum suco isopi attici aut adipe *c*, cum isopo atico (*ubi* atico *ex corr.*) aut adipe *p*. isypo *id est* oesypo *scripsi cum Orib. (cf. Plin. 30, 27)*. 15 *tit.* Ad *c*: Contra *p*. 16 due *p*, II *c*. 17 scamea *p*, scāmea *c*. scamosam *cp*. 18 scamulas *c*. ostendit *p* (—dūt *c*).

Graeci lepidas vocant. unde nomen a Graecis lepra accepit. creatur ex melancholico humore, et est curationis difficilis.

alia vero nascitur simplex veniens ex humore acri vel salso. et curatur medicamento scabioso quod psoricon dicitur, et conficitur sic. sulphuris vivi ÷ I et S, picis siccae ÷ II, cerae ÷ III, squillae medii ÷ II et olei libram I: minutatim incides squillam et friges in oleo et liquabis oleum et supermittes, et resolves quae solvenda sunt, et postquam fuerint resoluta ab igne tolles et sulphur ad ultimam tenuitatem tritum superasperges, et movebis donec coaguletur.

aliud psoricon emplastrum faciens ad scabiem et lepram. salicis corticis combusti et olei rosacei ÷ binas, cerae et aeruginis rasae ÷ singulas: solves ceram cum oleo rosaceo, cerotarium siccis praetritis admiscebis et induces in linteolum et appones, et post tertium diem resolves et medicamentum auferes et appones polentam ex aceto coctam et diligenter tritam, et ipsa uteris diebus tribus, et iterum post polentam supradictum inductum appones. et haec facies usque ad perfectam sanitatem.

2 et est curationis difficilis *c*: et cum (c̄) curatione difficili *p*. 4 acro *c*. 5 sporicon *pc*. *cet. cf. Cels.* V, 28, 16. 6 ÷ : ʔ̵ *c*, ÷ *p*. picis — (7) et *om. p*. 9 liquas *pc*. oleum *c*: *om. p*. resolves *c*: solvis *p*. 10 resoluta *p*: soluta *c*. 11 aspergis *p*. 12 moves *pc*. coaguletur *c*: coagolentur *p*. 13 sporicon *pc* (*sed p*ᶜ psoricon). emplaustrum *p*. *cf. empl. ad lepram apud Ps. Plin. f. 79*ᵇ. 14 combusti: —te *cp*. et *(bis) om. p*. ro. *p*, rosei *c*. ʔ̵ binas *c*: an̄. ÷ II *p*. 15 an̄. ÷ I *p*. 16 ro. *p*, roseo *c*. siccis *c*: facis *p*. preteritis (p̄t'ıtıs) *pc*. admisces *pc*. inducis *pc*. 17 lintheolum *c*: leçteolo *p*. et resolves *c*. 18 auferes *c*: afferes *p*. et appones *c*: quod (ꝗ) pones *p*. polentam (farinam hordeaceam ex aceto *Scrib. Larg. c. 252*): pulentum *c*, ⁊oppolentum *p*. ex *c*: in *p*. 19 coctum ... tritum ... ipso *pc*. 20 et iterum polentum *p*, caterū post pulentum *c*. inductum *om. p*. 21 facies *c*: facis (fcīs = factis *ante corr.*) *p*.



## XVI. Ad pruriginem.

Pruriginem omnem Graeci cnesmonen vocant. nascitur ex acredine humorum. propterea lac asininum seu ovillum ieiuno potui dabis cum melle. etiam et sapone in balneo uteris, cuius confectio talis est. nitri, sulphuris vivi, nucum aridarum, adipis porcini, saponis gallici, apii viridis foliorum paria pondera: facies saponem et uteris in lavacro ferventi.

aliud ad pruritum totius corporis. cepae sardae, cretae cimoliae, faecum vini exustarum, myrobalani piesmatos id est expressionis, omnium specierum quattuor paria pondera commiscebis et uteris.

aliud ad universos pruritus. si vero ferventes papulae prorumpunt, fabae pollinis, [ptisanae], polygoni herbae radicis siccae tusae, cretae cimoliae torrefactae, omnium specierum IIII ÷ binas, afronitri turis masculi singulas ÷ conficies et uteris in balneo. accipies ex ipso pulvere sufficientem modum et ex ovi albore conspersum corpori

*tit.* Ad *c*: Contra *p*. 2 omnem: omnes *c*, *om. p*. cnesmonen: henesmoncam *c*, henesionem *p* (*fort. ex* knesmonen). 3 seu *c*: sive *p*. 4 ovillum *c*: ovinum *p*. ieiuno potabis (*sic*) cum melle *c*: cum melle ieiuno potandum dabis *p*. et *om. p*. 6 nuces rancidas *dicit (ubi idem) Ps. Plin. f. 78*ᵈ *Bas.* saponis g. *(cf. Aet. p. 821 inf. ed. Lugd. 1549).* 7 facis *cp*. 9 cepae *(cf. Plin. 19, 101 cum 20, 41)*: Cere *c*, terre *p*. 10 cretae: tere *c*, terre *p*. quimolie *c*, quimulie *p*. fecum . . exustarum *c*: fecis . . exuste *p*. mirobalani *c*, mirob' *p*. 11 omnium *c*: harum *p*. 12 commisces *p*, —cis *c*. 14—16 fabe pollines poligomi herbe radices sicce et tuse et crete et tere quimolie tere facte om̂i (omnium) specierum IIII ʔ̵ binas *c*, si pollines faue (faiue) et ptisane sicce. et tunde secreto et tere quimolie torre facte. horum omnium ÷ II. *p*. 16 affoītri *p*, aforacii *c*. singulas *c*: an̄. ÷ I. *p*. 17 conficis *cp*. pulverem suficientem modicum *p*. 18 ovi *om. p*. conspersum corpori linis *c*, et sparsum (⁊ ſpſū) corpus illinis *p*.

illines. post haec cum sudare coeperit confricabis, et post balneum rosaceo aut myrtino oleo perungues.

## XVII. Ad parotidas.

Nascuntur parotides circa aurium partes, unde nomine graeco sic vocantur. et eveniunt frequenter in aegritudinibus malignis quas Graeci cacoethes appellant. maxime illis fieri solent qui ab aegritudinibus frigidam potionem praesumpserint. et sunt bonae quae subito inchoantes cum extantia in superficie cutis apparuerint et cum competenti dolore et rubore competenti, neque transvorandi officium negent neque somnos impediant. sunt aliae malignae quae contrarietate supra dictarum intelleguntur. contingunt iterum parotides mox apparentes mox recedentes: nullis procedentibus adiutoriis, salutis periculum referunt, ad altiores pulmonum partes fugientes.

curationis tempore ad inchoantes parotidas medicamentum diaforeticum sic facies. cretae argentariae partes

1 ceperit *p*: —rint *c*. con(ɔ)fricabis *c*: ⁊ fricabis *p*. 2 rosaceo *p*: roseo *c*. perunges *cp*. 3 *tit*. Ad parotidas *c*: Contra parotides *p*. 4 parotide *c*. auriū *c*: anńū *p*. 5 sic *c*: *om*. *p*. 6 malignis *c*: *om*. *p*. quas — appellant: a grecis cachoetes appellant *c*, a grecis chachohetes appellatis *p*. et maxime *p*. 7 fieri solent *c*: contingunt *p*. qui ab egritudinibus frigida potione presumpserint *c* *(cf. Petr. c. 17)*, qui egritudinem a frigida potione sumpserunt *p*. 8 bone $p^c$ *(in marg.)*: bene (bē *p*) *cp*. 9 apparuerint *c*, apparent *p*. et ꝗ cū petenti dolore et rubore ɔpetenti *c*, et cum ɔpetenti rubore et dolore *p*. 10 neque *p*: et neque *c*. 11 negant *cp*. sompnos īpediunt *p*, sompno īpediant *c*. 12 contrarietate supra dictarum *c*: contrarie supradictis *p* *(Petr.)*. intelliguntur *cp*. 13 iterum (itm̃ *p*) *cp*: iste *Petr*. 13 parotide *c*. 14 nullis *c*: nulli (nll'i) *p* (ullis *Petr*.). adiutoriis *c* *(Petr.)*: adıuros *(sic)* *p*. precedentibus *cp* *(Petr.)*. *cf. Cels. 6, 16. Th. Prisc. p. 8*$^c$. 15 ad: ut *c*, et *p* (et altiores p. p. irruentes *Petr*.). *fort*. ut ad. 16 ad *om*. *c*. 17 diaforeticum *c*, —tecum *(sic)* *p*. argentalis *c*, —les *p*.



duas, cimoliae et sulphuris vivi partes singulas, salis modicum cum aceto simul teres et illines. aliud. butyrum cum sale tritum illines et super lanam sucidam impones et ligabis. aliud. plantaginis folia ante solis ortum collecta cum pane posca salsa infuso cataplasmabis: sanat et disrumpit.

aliud cataplasma ad maturandas parotidas. in aqua mulsa adipem porcinum mittes et resinam terebintinam sufficienti modo, et in uno consolves, et cum coeperit bullire mittes pollines tritici superaspergendo, et inductum praevaporatis partibus ex spongia sic appones. et cum bene maturaverint, in schemate foliorum lauri aut myrtae chirurgia uteris et post sectionem communiter ut cetera apostemata curabis, etiam et super tiltario tali emplastro uteris, hoc est diachylon ÷ II, cerae ÷ III, olei spani quod suffecerit. sed si forte cerotarium supra scriptum ad praesens minime fuerit inventum, psittacio emplastro uteris.]

## XVIII. Ad collectiones. *(p. 175)*

Collectiones Graeci apostemata vocant. nascuntur in

1 duas *p*, II. *c*. quimolie *c*, ꝑmolie (*sic* ꝑ *pro* q) *p*. et *om*. *p*. singule *p*. 2 cum . . . illines: cum aceto simul tritis illiniunt *c*, simul teris. et cum aceto illinis *p*. 3 illinis . . . in(ī)ponis *pc*. 5 c. p. in pusca salsa infusa et cataplasmata *c* *(Petr.)*, c. p. in paıſca faıſa infuso et cataplasmate facto *p*. sanat et di(s *c*)rumpit: *sic cp (Petr.)*. 8 resinā terebentinā ī sufficıētı mō *c*, resine terbentine sufficientem modum *p*. 9 consolves (*sic*) *cp*. et cum ceperit bulire *c*: fac bullire. et cum bullire ceperit *p*. 10 mittes *c*: *om*. *p*. et . . . appones *sic* (*nisi quod* indutum prevaporabis . . . expongia) *c*: et prevaporatis partibus expongia inductum appones *p*. 12 maturaverint *c*: —rit *p*. folia *p*. 13 et post . . . cetera *p*: et ꝑfectionē cōīt' uttretera (*sic*) *c*. 14 curabis — (15) est *c*: *om*. *p*. cera *p*. ispani *p*. 16 sufficit *cp*. 17 appresens *p*. psittacio *(cf. infra c. 21)*: sitacio *p*, sutacio *c* *(cf.* septaticon *Petr.)*. emplaustro uteris *p*: emplastaueris *c*. 19 *tit*. Cap. III. ad collectionis *g*, Ad collectiones 18 *c*, De apostematibus *p* (Ad collectiones *ind*. *p*). 20 *supra* apostemata *scripsit* eruptiones $g^c$.

toto corpore. et illae magis quae proxime cuti fuerint natae, facile et visu et tactu cognoscuntur, cum se extantia et durities veluti circumscripta cum rubore et dolore ostenderit, et cum coeperit supra dicta durities in saniolam converti. his signis cognoscitur maxime si maius fuerit apostema. dolor quidem per membra discurrit, tensio etiam eiusdem loci patientis efficitur cum gravedine, dolores increscunt et febres nocturnae oriuntur, et dimissionis tempore circa collum vel thoracis partes modica humectatio sudoris sentitur.

et propterea curationis tempore in ipso initio erit festinandum, et si fieri potuerit spargantur frigida, et diaforeticis cataplasmatibus fervorem extinguentibus curemus. hoc est coriandrum tritum cum pane posca infuso cataplasmabis, et frequenter mutabis. aut plantaginis folia cum infuso pane, nec non etiam et scarifationis competentes laceraturas dabis quas Graeci amychas vocant. aliud. si forte musculosis in locis aut glandulosis vel in mammis fuerit tumor aut durities, pulicinum semen quod Graeci psyllion vocant calida infundes, et cum infrigidaverit et inviscaverit induces et appones.

1 ille *gc* (illȩ $g^c$): illa *p.* magis *gc*: *om. p.* proxime *c*: —mo *g*, —ma $g^c p$. cuti *cp*: cute *g.* 2 natae *g*, nate *c*: nata *p.* et (*post* facile) *cp*: *om. g.* 3 durities *p*: duritiores *(sic) g*, duritias *c.* circumscripta *gc*: —te *p.* cum *om. p.* rubore et dolore *gp (cf. c. 17)*: dolore et rubore *c.* 4 ostenderit *p*: —rint *g*, se *(iterum)* ostenderūt *c.* supra dicta *om.* (cum durities ceperit) *p.* 5 saniolam *gc*: saniem *p.* maxime *gc*: *om. p.* si maius *c*: si maior *g*, Si vero maius *p.* 6 quidem *gc*: *om. p.* 7 eiusdem *gc*: *om. p.* 10 sudoris *gc*: *om. p.* 11 Et propterea *gc*: *om. p.* in ipso initio *gp*: *om. c.* 12 potuerit *g*: poterit *p*, potest *c.* frigidâ: —dis *gcp.* 14 cum panis posca infusi *g*, cum pane pasta infusa *c*, cum pane pusca infusū *p.* 15 folia *cp*: *om. g.* 16 cum *addidi*: *om. gcp.* scarifationis *(cf. c. 24)*: scarifationes *g*, scarifacientes *c*, scarificationes *p.* 17 laceraturas *gc*: *om. p (ubi sic* sc. competentes facies). dabis *g*: *om. cp.* amicas *gp* (uiodas *c*). 19 pulicinum *gcp.* 20 psillion *g*, psilion *p*, psilon *c.* 21 et ınuıſcauerıt *gc*: *om. p.* inducis *gcp.* apponis *gcp.*



si vero videris minime posse spargi, sed magis ad nutriendam saniem declinare, cataplasmate uteris ex triticeo polline et resina terebintina, quod superius ad maturandas parotidas memoravimus. et postquam videris collectionem bene fuisse maturatam et sicut Hippocrates in prognostico dicit in acutum deductam, chirurgia uteris hoc modo. pridie chirurgia curandum a cena et vino abstinebis, et lucescente die simplici consectione divisuram dabis: nam Graeci aplen dieresin vocant. et cum saniolam effuderis, ex utraque sectionis parte sufficientes particulas | p. 176 auferes, ut in similitudinem folii lauri aut myrtae artificio manus designes sectionem. ubi vero membra complicari videris, ut exempli causa post aurem vel sub ala, incisuram facies, hoc est rotundam quam Graeci strongylotomian vocant. tunc siccis et tenuissimis lemniscis et tiltario locum calcabis, et desuper duplici ptygmate aqua frigida vel posca infuso cooperies et addita spongia humectata ligabis. sed si forte causa aliqua vena sectioni incurrerit et sanguis abstineri minime potuerit, chalciten crudum et tritum appones et tilto locum calcabis et li-

1 vero *om. c.* 2 cataplasma *g* (—mate *cp*). triticeo *gp*: —co *c.* 3 terebentina *gc*, terbentina *p.* quod *cp*: quam *(cf. ad v. 2) g.* maturanda *g* (—das *cp*). 5 ypocrates *gc*, ypocras *p.* 6 prognostico *g*: pronosticis *c*, pronostic̄ *p.* deducta *(sic) gc*, ductū *p.* 6 *(etc.)* chirurgia *g*: cirurgia *cp.* 8 consectione *ego*: correctione *g*, corectione *c*, correptione *p.* 9 Nam *gc*: quam *p.* aplen dieresin *gp*, apellandi cresim *c* (ἁπλοτομία *Gal. XIV, 781*). 11 artificio: artificū $g^c$ (—ciū *gcp*). m. designes sectione *g*, m. sectione designes *c*, m. ĭfrıſicē designes *p.* 14 facis *gp*, facit *c.* strongilocdomian *g*, strongilotomian $p^c$ *(sed ante corr.* strongiqualotomian *p*), scrogdamia *c.* 15 Tunc *gp*: Nunc *c.* 16 tigma (t *in ras. corr.*) *g*, tigmate *p*, stigma *c.* 17 infusa *gcp.* cooperies *p*: cooperis *g*, operis *c.* addita *om. p.* humectabis et ligabis *c.* 18 causa *g*: casu *cp (sed* aliqua *gcp).* sectioni: sectione *gc*, *om. p.* 19 abstineri *cp*: —re *g.* poterit *p.* calciten *gcp.* 20 tiltus *g*, tiltū *c*, tutū *p.*

gabis et tertia die solves et mixto calido vino locum fomentabis. aestate vero secunda die solves et linteolis mulsa calida infusis diligenter curabis, quinotetarum scilicet regulam intuens, id est ut si videris ulcus sive vulnus putre vel sordidum, contrariis medicamentis depurges, si concavum, suppleas, ac si super carnosum, de-
(p. 176) primas, si aequale, in cicatricem inducas. |

(p. 198) XVIIII. Ad pendigines.

Pendigines sive sinus Graeci colpus vocaverunt. contingunt frequenter quotiens ulcera vel apostemata inerti chirurgia fuerint secta vel mala positione sanata. et cum sua sponte rursum eruperint minimeque per inferiores partes humorem vel saniolam excluserint, pendigines vel
p. 199 sinus | faciunt.

propterea curationis tempore diachartu vino mulso admixto per auliscum fysarium sive aeneum sive osseum vesicae porcinae aptatum inicies, et postquam inieceris moto tilto vel strictorio ori vulneris immisso ligabis, ita

1 *et* 2 solves *c*: —vis *gp*. 1 locum *om. p*. 2 secunda *om. p*. l. in mulsa *gcp*. 3 infusis *g* (īfaīs *p*): infundis *c*. qui nothe taurum (quinothetarum *c cf. Cael. Aur. p. 234*) scilicet regula (—lam *c*) intuentes *gc*: et hanc regulam semper observabis *p (cf. Thess. ap. Gal. X, 285)*. 4 ī. (= id est) *g*: *om. cp*. 5 putre *gc*: putridum *p*. contrariis (c̄trīs) *ego*: cę(e)teris (*sic*) *gcp*. 6 supple. ac si *g*, suppleas ac si *c*, supleas. si *p*. d. ac si *c*. 7 ę(e)qualem *gcp*. 8 *sequitur in g* Ad tineas capitis. cap̄. V. *tit.* De lentiginibus *p*. 9 Tentigines *(cum rubr. T) p*. colfus *g*, calsus *c*, colfos *p*. 10 ulcera: vulnera *gcp*. inhertici rurgia *g*, inherti (inerti *p*) cirurgia $g^c$*cp*. 11 secta — positione *om. g (add.* $g^c$*)*. positione $g^c$: pocione *c*, compotōē *p*. sanata *ego*: nata *gcp*. 12 minime per *gcp (addidi* que*)*. 13 saniolam *gc*: saniem *p*. pentigines *hic p*. 15 Propterea *om. p*. diacartū *gp* (*cf. Gal. ad Gl.* XI, 125 *καὶ τό γε διὰ χάρτου κεκαυμένου συντιθέμενον ἡμέτερον φάρμακον*), diacatarum *c*. 16 admixtum (mixtum *c*) *gcp*. fisarium *gcp* (*εὐθύτρητον Gal.*). 17 vesicę *g*. 18 molli tilto (molitilto *c*) *gcp* (*μοτῷ τιλτῷ Gal. l. c.*). strictorio: stectario *g*, strectario *c*, trictorio *p*.



ut ligatura a fundo pendiginis incipiat, ut orificium libere habeat quo possit humor decurrere. etiam et schema iacendi patientibus tale esse oportet, ut semper orificium pendiginis iusum meatum habeat, quod Graeci cata yporrysin vocant. tunc alia die solves et mulsa calida delavabis, et iterum medicamentum supra scriptum diachartu inicies aut certe chloran emmoton appellatam ex veteri oleo liquidius solutam. et postquam videris pendiginem a sordibus purgatam fuisse, cephalico medicamento melli despumato admixto et e moto tilto apposito, sive collyriis ex eodem cephalico cum melle pastillato sub hora formatis competenter carnificabis. etiam et diaiteon emplastrum superimpones, latius inductum ut etiam vicinas partes colpi ipsius cooperiat, ita ut ad os vulneris forpice emplastrum aperias et sic superimponas. etiam et super emplastrum plenarium ex linteolis duplicatis appones et ligabis. et cum coeperit pendigo saniem candidam et crassam emittere et secundum quantitatem minus a solito excludere, collesin futuram significat id est glutinationem. tunc ea quae iniciebas paulatim deducendo ad os vulneris

3 tale *p*: talis *gc*. semper *ego*: super *gp*, sui *c*. 4 iosum *g*, *sed supra* al'. iusū $g^c$ = *p*, uisum *c*. catayporrusin *g*, catayporusin (h *supra*) *c*, cataphyporisin *p* (*εἰς ὑπόρρυσιν Gal. XI, 128*). 5 delavabis *g*, delanabis *c*, lavabis *p*. 6 diacartū *p*: diacatarrum *(hic) g*, diacatartū *c*. 7 cloranem motos. appellata. et v. o. *g*, doranen motas exapellata olei veteri *c*, doram̄ motos app. ex v. oleo *p (cf. Gal. XIII, 484 sqq.)*. 8 soluta *gcp*. 9 caephalico (*et* 11 cęph.) *g*. melli *g*: melle *cp*. 10 et emmo totilto *g*, ⁊ in motilto *c*, ē mototilto *p*. colliriis factis ex *etc. gcp*, *ubi delevi* factis. *cf. infra c. 20.* diaitheon (*διὰ ἰτεῶν*) *g*, diahitheon *cp*. 13 imponis *gcp*. 14 colfi *gcp*. *cum seqq. cf. Aetius XIV, 53.* forpice *g*: forfice (—cem *p*) *cp*. 16 *post* plenarium *de callositate vitanda haec praebet solus c:* lositas minime fuerit secuta etiam (et) ex artomāē colositate ınt'gera careat [ex pulteolis dupl. *etc. quae infra c. 20 locum habent.* 16 apponis *gcp*. 18 grassam *g* (cr. *p*). a (á *g*) solito *gcp*. 19 colles. in futuram *g* (collesin f. *p*).

tantum apponas, ne conglutinationem factam dissipes. et iterum cum videris saniolam tractuosam vel viscosam exire, tiltum ex linteolo tenui appones et super emplastro uteris et sanabis.

## XX. Ad fistulas.

Fistulas Graeci syringas appellant. et sunt ulcera pendiginosa et intrinsecus callosa neque in cicatricem venientia. et si venerint iterum resolvuntur et in orificio p. 200 aliquando | cortizones ostendunt quos Graeci efelcidas vocant.

in curationibus vero si membri vel loci qualitas exegerit, melius est fistulam ferro nudare, id est ex flebotomo vel syringotomo appellato, et omnem callositatem occultam artificio manus visibus pandere et secundum rationem curare, quod Graeci cata logon appellant. sin vero loci vel membri ipsius qualitas usum chirurgiae prohibuerit, hoc modo curabis. in primis angustas cavernulas de aprina vel porcina saeta inspicies et papyro patefacies. quod papyrum sic praeparabis. papyrum vitriariorum eliges carnosum, id est quod non fuerit fragile vel flacidum, et pridie in aceto salso infundes, quod Graeci oxalmen vocant. tunc alia die spatha tenui circulatim

2 tractuosam *gc*: *om. p.* 3 tiltum *g*: ulcus *cp.* 5 *tit.* Ad fistulas (20 *c*) *gc*: De fistulis *p.* 6 siringas *g* (—ga *p*, —guas *c*). sunt *cp*: sicut *g.* 9 certidiones *gp*, —diores *c* (*fort.* corticiones = *hisp.* cortezones *i. e.* crustas). efelcidas *g*, efeltidas *p* (excleidas *c*). 12 exigerit *cp et ante corr. g.* 12 ex *gc*: *om. p.* 13 fleuotomo *g.* siringotomo *g.* 14 occulta (oculta *c*) *gc*, ocultantem *p.* artificii manu *gcp (cf. c. 18).* 15 catalogon *gc*, catalagō *p.* 18 de aprina: depirina *gp*, di prīo *c.* sęta *g* (seta *cp*). inspicis *g* (insputis *p*, ⁊spicr *c*). 18 *(etc.)* papiro *gcp.* 18 patefacis *g* (patefcīs *p*, parsatis *c*). 20 elegis *g*, eligis *c* (eliges *p*). carnosum *g*: callosum *cp.* 21 flacidum *gp* (fracidum *c*). 22 oxasmin *gc*, oxomıō *p.* alia *gc*: alio *p.* spaco (—to *p*) tenui *gcp.* circulati mendessime (*sic*) *g*, circulatim et densissime *c*, circulatim d'esīē *p.*



densissime constringes quod attenuari possit, et cum diligenter siccaveris solves et eius asperitatem scalpello rades, et ad modum foraminis fistulae sive longitudinis sive roboris incides et inicies, et super emplastrum tenacissimum appones et ligabis, et sines die et nocte. et iterum alio papyro paulo robustiore mutabis, quod papyrum ante medicamento ectylotico id est excallatorio infra scripto cum modico aceto et ad horam trito lines, et sic inicies. sed si forte tumor fuerit excitatus, cataplasma superimpones ex aqua mulsa et modico rosaceo confectum. et quomodo accedit patefactio, subinde per singulos dies robora crassiora papyri innovabis, donec sufficienter fistula patefiat et callositate interiecta careat. sed si forte callositas minime fuerit secuta, etiam et xantou medicamenti partes duas mittes et ammoniaci partem unam cum aceto teres, donec mellis crassitudinem sumat. tunc illitum scisso linteolo lemniscum inicies et eum calcabis, donec repleas fistulae cavernam. et postquam videris bene fuisse purgatam, collyriis ad horam factis ex melle pastillato admixto cephalico medicamento diligentissime carnificabis. sed si forte nuditate ossi vel ex putredine ipsius ossi superinducta lepide, quam nos squamulam dicimus, curam impediri senseris, ex melotide ferrea leviter radendo purgabis et sic supra dicto collyrio carnificabis.

1 constringis *gcp.* 2 siccaveris: —rit *gcp.* 5 die et nocte *g*: diem ac noctem *c*, diem et noctem *p.* alium (aliud *c*) papirum (bapirum *p*, pabirium *c*) paulo robustiorem *gcp.* 7 et cilotico *g*, ectillotico *c*, et tilotpco *p.* excalla (excala *c*) torio *cp*: escallatorio *g.* 8 linis *gcp.* 9 inponis *gcp.* 11 accedit *g*: accidit *cp.* 14 et xantou (xanti *cf. κιρρὰν Galeni* XIII, 520): ex anton (exantō *c*, exacton *p*) medicamentum *gcp (cf. supra c ad c. 19). cf. ξηράφιον Aetii* 14, 45 *(de fistulis).* 15 mittis *g* (—tes *cp*). amoniaci *g.* 16 Tūc *c*: vel c̄ (*sic*) *g*, tc̄ *p.* illitum *gp*: illinitum *c.* scissum lint(h *c*)eolum *gcp.* 17 calcas *gcp.* 18 cavernam *g*: —nas *cp.* 20 cęphalico *g.* 21 nuditas ossi *gp* (temidites ossi *sic c*). ossi *gc*: *om. p.* 22 lępida *g*, lepida *cp.* scamulam *gp*, scāmillā *c.* 23 melotida *gcp.*

confectio collyrii syringiaci ectylotici: chalcanthi partes duas, guttae ammoniaci partem unam cum aceto modico simul teres et facies collyria, longitudine ac robore differentiae ut est ipsa fistularum caverna.

aliud ad universas fistulas brevissimas: corii granatae p. 201 siccae tunsae et cretae ℈ I, lenticulae | alexandrinae pollinis ℈ I. mittes in fistula ex pulvere granatae modicum et ex polline lenticulae. hoc facies diebus tribus aut quinque. cottidie curabis ter in die, hora tertia, hora sexta et nona.

aliud ad universas fistulas vel ante oculum aegilopas. herbam putidam quam punice aturbis dicunt, et lac herbae tithymali et lac caprifici et piperis grana XV, sucum de lana, lenticula dura, haec omnia tundes in se et appones ad locum cautius ne oculum contingat, propter virtutem quam continet causticam.

## XXI. Ad empyemata.

Empyemata dicuntur collectiones sive apostemata occulta atque visu carentia vel absconsa et in altioribus viscerum partibus nata: nam Graeci en catacalypsi vocant.

1 siringiaci . ectilogici *g*, siriāgi. h̄ tilogici *p*, sirmigiaci ʒ silogici *c*. calcanti *gcp*. partes duas *gc*: parte due *p*. pars I (una *p*) *cp*. 3 facis *gcp*. 4 differentię (*id est* eius d.) *g*: differentia *cp*. est ipsa *g*: sunt ipse *c*, ipse sint *p*. caverna *g*: —ne *cp*. 5 Corium *g(p)*, Co♃ *c*. 6 .℈I. *g*: .3.I. *c*, .ʒ.I. *p*. pollinis *cp*: apollinis *(sic) g*. 7 mittis *gcp*. fistula *g* (—ā *c*). et ex: ex *gp*, et *c*. 8 facies *c*: facis *gp*. tribus diebus *cp*. 9 hora tertia sexta et nona *c*, hora tercia hora sexta hora nona *p*. 11 egilopas *(cp) om. g*. 12 herba (hēr *c*) putida *gcp*. 12 punicea turbıs *(sic) g*, punice atbıs *c*, puniceatırpıs *p*. 13 titimali *gc*, —malli *p*. de lana lenticula dura *(sic) gcp*. 14 tundis *gc*, —de *p*. et *c*: vel *gp*. apponis *gcp*. 17 *tit.* Ad im(em *c*)piemata *gc*, De collectionibus *p*. 18 Impiemata *g*, Empiemata *cp*. 19 visu carentia: *sic gcp* (*etiam Simon s.* empima). 20 nam *gc (Simon)*: quam *p*. encataly(i *p*)psin *gp*, encaalipsin *(sic) c* (est —*pro* en = ē —catalipsim *Simon*).



quae autem cum nasci coeperint his signis cognoscuntur. in primis dolores sentiunt aegrotantes cum obripilatione, et post aliquot dies veluti lentores anomali iterum efficiuntur cum dolore et obripilatione. et cum coeperint saniem nutrire, etiam febres inordinatae secuntur cum fastidio ciborum. et cum supra ventrem iacuerint laborantes vel in alterum se verterint latus id est sanum quod fuerit patienti lateri contrarium, veluti gravedinem pendentem in interioribus sentiunt, et aliquando ipsius loci patientis exaltatio efficitur. tunc cum nimie creverint apostemata eruptionisque appropinquaverint dies, vomitus fellis flavi efficitur. aliquando in similitudinem coloris foliorum viridium porri choleram vomunt quam prasoiden vocant, cum ingenti animi defectu quem lipothymian vocant, cum levi sudore in capite et circa superiores partes thoracis. et si sursum aut in lateris summa regione eruperint et per vomitum depurgentur et post ruptionem si febribus minime caruerint aegrotantes, mortem futuram denuntiat, maxime si grande fuerit apostema. si vero in renibus eruperit, urina purulenta sive saniosa excluditur et ulceratio periculosa in renibus significatur. si vero in inferiori parte

1 autem *gc*: *om. p*. 2 (*item* 4) oripilatione *p*. 3 veluti leniores an. *gc*, leniores veluti an. *p* (*qui* leniores *vitiosum esse sensit, fort. pro* lentores. *cf. Cael. chr. 5, 94*). 4 ceperint *g*: —rit *cp*. 5 secuntur (secū *sic c*) *gcp*. 8 pendentem *g*, pendenti[bus] *c*: p̄cedētē *p*. 10 exaltatio *cp*: exalatio (*i. e.* exhalatio *g*c) *g*. creverint apostemata *gc*: creverit apostema *p*. 11 que *p*: *om. gc* (eruptionis appropinquaverint *g*, eruptionis q̄ appropinquaver̄ *p*, er. propinqua propinquaverint *sic c*). 12 efficitur *gc*: efficiuntur *p*. 13 colera *g*, collera *c*, coleram *p*. quod *g*, quos *c*, q̄ (que) *p*. prasohide *g*, parochidie *c*, p̄ſſoıda *p*. 14 quem *g*: quam *cp*. lipotomian *g*, linpothomıā *c*, lipotumıā *p*. levi *gc*: leni *p*. 15 toracis *gcp*. 16 in l. sua regione ruperit (*sic*) *gc*, in lateris sumā regionem eruperint *p*. et: aut *p*, *om gc*. 17 depurgentur *gc*, purgaverint *p*. si *g*: *om. cp*. febris minime c. *c*, febres non dimiserint *p*. 18 ęgrotantes *gc*: egrotantibus *p*. denuntiat: —ant *gcp*. 19 grande *p*: grandis *gc*. 21 inferiori *(sic) gcp*.

eruperit in ventre vel intestinis et cum egestione ventris sanies fuerit exclusa, ex parte curari ostenditur, si tamen febrium discesserit molestia post eruptionem facta.

propter ea curationis tempore in ipso initio si in uno loco fuerit confixus dolor, erit festinandum ut ante quam saniet apostema diaforeticis adiutoriis de altitudine
p. 202 levatum ad superficiem cutis spargatur. | id est in primis patienti loco sanguisugas appones hoc modo. intra cucurbitam medicinalem latum linteolum mittes usque ad scapulas cucurbitae, ita ut labia ipsius cucurbitae operias. in quo linteolo sanguisugas quam plures proicies, et loco dolenti cucurbitam supervertes, et leviter ac sufficienter in circuitu linteolum trahes, quo possint sanguisugae corio vel cuti applicari. hoc vero moderate facies, ne iterum nimia angustia opprimantur. et cum morsibus adhaeserint, cucurbitam cum linteolo auferes, et sines donec supra dicta animalia sanguine repleantur. tunc asperso sale trito sanguisugas removebis et locum perungues et in eodem loco cucurbitam adiecta flamma figes, et sanguinem detrahes quantum causae sufficere fueris arbitratus. et post detractionem sanguinis butyrum tritum cum nitro inlines et lana sucida cooperies et ligabis. sed si forte temporis ratio vel loci qualitas fecerint ut inveniri minime sangui-

1 ruperit *gcp.* inventrem *g*, —tre *cp* (i. = id est *ante* inventre *inserit p*). 3 molestia *cp*: modestia *(sic) g.* facta: factam *gcp.* 4 Propt⟨ėr. (ea) ⟩ $g^c$, Propterea *c*: *om. p.* 7 levatū *p*: —ta $g^c$ *(cf. supra p. 33, 19).* i. *g*(*cp*). 8 sanguisucas *ante corr. g (item v. 11 g et ante corr. v. 13 et 23 g)*, sanguis sugas *(ut semper) p.* 11 proicis $gcp^c$ (proficis *ante corr. p).* 12 supervertes *gc*: appones *p.* leviter *g*: leniter *cp.* 13 quo *g*: quod (ꝗ) *p*, in quo *c.* 14 facis *gcp.* 16 sinis *gcp.* 18 removebis *g*: removes *p*, moves *c.* perunges *gc*, —gis *p.* 20 cause *c*: causa *g*, *om. p.* 21 buty(i *cp*)rum *g.* inlinis *g*, illinis *c*, linis *p.* 22 cooperis *gcp.* 23 fecerunt (fecer̄) *g*, fecerit *c*, abfuerit *p.* ut *p*: et *gc.* inveniri *cp*: iuvenili *(sic) g.* s. minime possunt *c*, s. non possint *p.*



sugae possint, levibus plagis scarifabis, et duobus vel tribus interpositis diebus diaforetico cataplasmate uteris, id est hordei pollinis partes duas lini seminis partem I et faeni graeci dimidiam partem adiecto modico oleo coques in aqua salsa et cataplasmabis, praevaporatis partibus spongiis ex aqua calida salsa expressis: cottidie aliquantis diebus inmutabis. nec non etiam et dialon emplastrum inferius suo loco conscriptum post cataplasma impones. cavendae praeter ea inter ipsa initia vehementes saccellorum vaporationes. etenim nimietas vaporis locum dolentem et tumentem in saniolam converti cogit. observare etiam oportet aegrotum a vino et ab omnibus carnibus, quadrupedibus et volatilibus. holera tantum accipiat quae sint digestioni aptissima. sed si a vino non potuerit abstineri, propter imbecillitatem stomachi nimie aquatissimum concedes. sin vero loci patientis dolor minime quieverit et ad nutriendam saniem apostema declinaverit, tunc empyoticis adiutoriis uti oportet id est quae saniolam nutrire valeant, ut est cataplasma ex resina terebintina et polline triticeo superius ad maturandas parotidas conscriptum. sed melius fit cum decoctione caricarum pinguium. coque etiam et psittacium emplastrum uti oportet. aliud certe meline Vespasiani appellatum: novit enim non

1 lenibus *c.* scarifabis *g*: scarificabis *cp.* 4 fęni *g*, fenu *c.* 6 et cotidie *p.* 7 et *om. p (non gc).* dialon (δι' ἁλῶν) *gc*: dialoen *p.* 9 īponis *gcp.* Cavenđ *gc*, Cavendo *p.* a vehementi s. ꝣvaporatione *p.* 10 l. tumentem (timentem *c*) et dolentem *cp* 13 q. et v. *g*: quadrupedibus volatilibus *c*, quadrupedium volatilium *p.* 13 olera *gcp.* tantum *g*: tamen (tn̄) *p*, *om. c.* 14 potuerint *c*, poterint *p.* 15 abstineri *g*: —re *cp.* 17 declinaverit *gc*: inclinaverit *p.* 18 empy(i *cp*)oticis *gcp (Sim.).* saniolam *gc*: saniem *p.* 20 conscriptum est (÷ *g*) *gcp (inde antea* quod superius *p et* ut superius *c).* 22 psy(i *c*)tacium *gc*, psitaton *p.* 23 meline *g*, melīe *c*, mll'ıne *p.* vespasiani *g*: vespasiam *c*, vaspassiani *p.* m. vesp. appellatum *c*: m. app. vesp. *gp.*

solum in corio verum etiam in altitudine occultas solvere collectiones.

sed si forte tardius rumpere senseris apostema, oportet eius adiuvare celeritatem electuario <meta>syncritico id est quod valeat occultam collectionem rumpere, ne sanies inclusa plurimo tempore tardando interiora membra corrumpat quae Graeci moria vocant. conficitur sic. fici pinguis, origani, marrubii, rutae, thymi, absinthii, centauriae radicum et seminis, sinapis, cardamomi, squillae p. 203 medii paria pondera: omnes herbas decoques | in aqua, et mittes ex ipsa decoctione partes II et mellis partem I, et coques donec mellis sumat crassitudinem, et dabis ieiunis secundum vires aliquibus coclearium I aliquibus coclearia II.

aliud. si forte in pulmone fuerit collectio, suffumigatorius trociscus quem Graeci ypocapniston vocant ordine qui ad tussim humidam conscriptus est adhibitus eruptionem accelerat.

et postquam eruptio fuerit facta, oportet adhibere quae valeant ulcera sordida purgare, hoc est suco ptisanae

1 in corio *gp*: exterius *c*. 3 oportet *etc. cf. eadem verba apud Cael. Aur. chr. 5, 116.* 4 i. (id est) electuario *g* (i. *om. cp*). electuario *gc*, elictario *p*. sincretico *gc* (sinrectico *p*). *addidi* meta. 5 q̊ *(sic) g*, qui *c* (q = quod *p*). 7 morian *g*, moriā *cp*. 7 *et* 8 *singularum specierum (ex archetypo compendiose scripto) genitivos habent cp, accusativos sic g*: ficus (fic̄ *c*) pinguis. origanum (orıgan̄. *c*). marrubium . rutam . timum . absentium (absinthii *cp*). centauream (—ree *p*, —centarie *c*). radices et semina (radicū semīs *c*, seminis radicum *p cf. Cael. Aur. l. c. 118*). sinapem (—pi *c*, —pis *p*). cardamomum. squillę medium paria p. 10 Omnes herbas *om. p*. 11 et coques — (13) vires *om. c*. coq̄s *p*, coq *g*. 13 aliquibus *gc*: quibusdam *(bis) p*. cocleare *g*, coclr *c* (ccl' *p*). coclearia *g*: *om. c*, cocl'r. *p*. 14 suf(sub *c*)fumatorius *gcp*. 15 quos *c*. ypocapnistos *g*, —tō *p*, ypocras uıſcos *c*. 16 qui ad *g*: quo ad *c*, coad *(sic) p*. tussim *g*: —sem *cp* (ad t. hum. *i. c. 33*). ꝯscripti sunt (*et mox* accelerant) *c*. adhibitus *p*: —to *g*, —ti *c*. 19 suco *p*: —cum *g*, —cū *c*.



aut alicae cum modico melle despumato ieiunos potabis, aut lac caprinum tepefactum cum sufficienti melle dabis, aut butyri recentis partes II mellis despumati partem I in uno commiscebis et exinde ieiunis coclearium unum dabis, aut ervi rubri pollinis coclearium I cum mulsa calida ieiunis dabis, et vario cibo nutries.

si vero in epate vel renibus fuerit ruptio facta, diureticas saepe memoratas potiones dabis id est quae per urinam purgare noverunt. et postquam bene fuerint ulcera depurgata, trigono trocisco in cicatricem duces. sin vero in renibus vel in vesica fuerit ulcerationis causatio, dia fysalidon trociscum dabis quem inferius in nefretica passione conscripsimus.

## XXII. Ad carbunculos.

Carbunculi quos Graeci anthraces vocant efficiuntur ex influxione sanguinis calidissimi et nigri et crassioris substantiae. etenim membrum in quo validus talis influxerit sanguis, inuritur et ulceratum scaram facit. nascuntur in toto corpore, frequenter tamen musculosis in locis et membranosis. aliquando et appellatur a Graecis anthracion singulari genere nominatum, si quidem in ipso

1 ieiunus (ieiuno *p*) potabis *gcp*. 3 buty(i *cp*)ri *g*. 4 in uno (uīo *c*) commisces *gcp*. 4 *et* 6 ieiunus (—n?) *g*, —nū *c*, —no *p*. cocleare unum *g*, cocl'r. I. *c (p)*. 5 ervi: her̄ *c*, herbę *g*, herbi *p*. coclear. I. *(hic) g*, cocl'r. I. *cp*. 6 nutris *gcp*. 7 ruptio fuerit facta *cp*. 8 sepe memoratas pociones *c*, sepe poscens (*in marg. corr.* potōes) memoratas *p*: *om. g*. 9 nover̄ *gc*. fuerint ulcera bene depurgata (purgata *p*) *cp*. 10 ducis *gcp*. 11 sin *g*: si *cp*. vessica *g* (vesica *cp*). 12 diafisallidon *g*: dia fasildidon *c*, diafisaldcō *p*. nefretica *g*: frenetica (—cam *p*) *cp*. 13 passıonē *cp*. 14 *tit.* Ad c. *gc*: De carbunculis *p*. 15 Carbunculos *ante corr. g*. antraches *g*, antrahes *c*, an̄taces *p*. efficiuntur: *cf. Galen. (therap. ad Gl.)* XI, 76. 17 in quo *(sic) gcp*. 18 ulceratur . . . faciens *c*, ulceratus . . . facis *p*. scaram *gp*, icarā c. 21 antrachion *gp*, antrahion *c*. nominatum carbunculum *gc*, —tus —lus *p* (*delevi* carbunculum).

initio suae nativitatis veluti ex genere exanthematum in superficie cutis feratur. et in medio suae regionis nigri ut carbones efficiuntur, unde ipso nomine carbunculi vocantur. et cum augmento dierum creverint, quemadmodum intra formam suam basis, tamquam ex similitudine cauteris acuti calidi variolati, scaram ostendunt, et cum putredine ut saepe dixi efficiuntur.

curatio autem optima ab initio cibi abstinentia sive ieiunio et requie corporis vel silentio incipere debet. et si grandes fuerint carbunculi, erunt aegroti in brachio flebotomandi, si tamen aetas aut tempus vel virium qualitas permiserit. et si ventrem non fecerit, clystere acriore evacuandus erit. ipsis vero carbunculis parvi salis dia chartu medicamentum melli admixtum e moto tilto appones aut certe chloran quam appellant emmoton, et super len-

1 gn̄re *g*, gn͂e *cp*. exantema⟨tum in *in ras.*⟩ *g*. 2 feratur *gc*: (in superficiem c.) ferantur *p*. niger ut carbo efficitur *c (non gp)*. 3 carbunculas *(sic)* vocatur *c* (*item mox* creverit . . . ostendit). 4 qd̄(q̄ *p*) admodum *gp*, quodam modo *c*. 5 intra forma sua basis *g*, nitra formā suā basis *c*, in forma subasis *(sic) p*. *cf. Gal.* XI, 76 (VII, 719 *ὥσπερ ἐν τοῖς πυρικαύστοις*). 6 calva | riolati. scara ostendunt *g*, calvariolatas c^h^araos (*in marg.* ī å chartas!) ost. *p*, cal|vano latis thara ōndit *c*. variolati *quod scripsi respondet Galeni* phlyctaenis (XI, 76). *et est* variola *apud Marium Aventicensem* (*Chron. vet. lat. ed. Roncalli* II, 413 cum profluvio ventris et variola). *cauteres calidi dicuntur ut cauteres aut tepidi aut ignei vel igniti Caelio chr. 5, 16. 19.* 8 optima (*sic gc*, p^i^a *p*). Ab . . *g*. ab initio . . . incipere *sic gcp* (*cf. c. 28* ex praedictis . . . superius scripta. abstinentiam (—tia *cp*) sive ieiunium (—nio *c*, sive i. *om. p*). et requiem (—ē *gp*, —e *c*) vel (*gc*, et *p*) silentium (—tio *c*) *g*. 11 aut *gc*: vel *p*. 12 ventrem *gc*: venter (vēt) *p*. acriore *g*: —ri *cp*. 13 evacuandus *cp*: vacuandus *g*. parvi: parvo *gcp*. salis *c*: sale *g*, —li *p*. diacartu *g* (—tū *p*, —ticum *c*). 14 emototilto *g*, ē mototilto *p*, emmoto cillo *c*. adpones *g*. 15 cloran. quem a. ēmotos *g*, doran q₃ a. emmotos *c*, clorā ꝗ (quod) a. eīnofos (*corr. mg.* ēmotos) *p*.



ticula cum ramis murtae siccae elixata et diligenter trita cum modico melle et pane infuso cataplasmabis, quod Graeci artofagon appellant. sin vero erysipelatodes fuerint carbunculi id est cum rubore ut in vicina parte sibi veluti ignis sacer ostendatur, plantagine aut coriandro aut intibo cum pane cataplasmabis bis in die et semel in nocte. tunc cum bene ulcus videris depurgatum, Musa trocisco uteris in vino mulso resoluto.

## XXIII. Ad reuma.

Intellegitur reuma quotiens valida influxione humoris nullis praecedentibus causis subito intumuerit membrum. et appellatur a Graecis reumatice diathesis id est reumatica passio. contingit frequenter, | maximе tamen in arti- p. 204 culosis locis, ut exempli causa in genu aut in cubito aut iugulo aut maxilla cum aure usque ad tempora, aliquando etiam simul et faciem, ut etiam ingenti tumore subito oculi claudantur. aliquando usque ad guttur supra dictus tumor dilatatur, ut etiam thoracis partes invadat.

in curationibus vero abstinentia cibi vel ieiunio et a vino abstinentia et sanguinis detractione per flebotomiam et ventris purgatione cathartico dato sive clystere evacua-

1 murtę *g*: mirte *cp*. exlixata *g*, elixate *c*, et (⁊) lixate *p*. trita *g*: —te *cp*. 3 artofagion *g (p)*, artopagion *c (cf. c. 32)*. Sin *g*: Si *cp*. heresipelatodes *g*, casipilatodes *c*, erisipilatodes *p*. 4 in vicinas partes sibi *gc et* (*om.* sibi) *p*. 5 ignis acer ostendant *g*, ignis acer ostenditur *c*, ignem sacrum ostendant *p*. 7 musa *gc*: mulsa *p*. 8 trociscum . . . resolutum *g* (—co . . . —to *cp*). in *p*: *om. gc*. 9 *tit.* Ad reumam *g* (—ma *c*), ꝯ (contra) de reuma^te^ *p*. 12 *cf. Gal. XI, 79.* 13 tamen *g*: *om. cp*. 15 iugulo *p*: ungolo *g*, in murgulo *c*. in maxilla *cp*. aure *gc*: ore *p*. timpora *g*, tempus (tp̄s *p*, tp̄us *c*) *cp*. 16 faciem (*i. e.* usque ad f.) *g*, facie *c*: faciem occupat *p*. 20 avino *c*: vino *g* (abstinentia cibi et vini *p*). sanḡ detractionē *g*. fleuotomiam (*ut semper*) *g*. 21 clistere *g* (distere *p*), clisteriis *c*. evacuatione *p*: vacuatione (—tīō *g*) *gc (ut supra g)*.

tione facta curabis, considerata primo ipsius laborantis aetate et tempore et regione, et ipsius reumatismi qualitate vel quantitate. ipsa vero loca quae patiuntur pane posca infuso et trito cataplasmabis et sanabis.

## XXIIII. Ad ignem sacrum.

Ignis sacer ab invadendo a Graecis erysipelas appellatur, si quidem vicina sibi loca invadendo possideat. et efficitur sub ingenti calore sanguinis ex commixtione fellis flavi, quam Graeci xanthen cholen vocant. et est rubor flammeus in superficie cutis cum dolore et tumore. sin vero circa gulae partes fuerit natus, praefocationis periculum affert, cum in toto vultum inflaverit et a cervice usque ad thoracis partes fuerit dilatatus.

in curationibus autem si grandis fuerit erysipelas, flebotomare oportet et secundam detractionem facere quam epafaeresin vocant, et si vires aegrotantis patiuntur ieiunium diurnis diebus imperare et a vino et omnibus carnibus abstinere. si autem flebotomiam minime adhibere potueris, acriore clystere ventrem evacuabis, aut catharticum quod flavum fel deponat dabis, ut sunt catapotia Galeni superius in passione capitis scripta. post haec et

1 considerata *cp*: —to *g*. 2 reumatismi *gp*: reumatis *c*. 5 *tit.* Ad ignem acrum (sacrum *c*) *gc*, De igne sacro *p*. 6 sacer *cp*: acer *g*. erisi(ensi *c*)pilas *gcp*. 7 possideat *gc*: —det *p*. 8 ex *cp*: et *g*. 9 quam *gcp*. exante cholen *g*, exante colen *c*, exante celeti *p*. *his utitur Isidorus* IV, 8, 4. et: ut (est) *gcp*. 10 superficiē *g*. Sin *g*: Si *cp*. 11 gulę *g*: guille *c*, vulve *p*. $p^c$ *in marg.* prevocationis (!). 12 in toto vultu *gc*, totum vultum (*om.* in) *p*. a *om. cp*. 14 erisipilas *g*, —pila *cp*. 15 fleotomare *g*. secundam *gc* („i. prosperam bonam" *in marg. g*): secundum vires *p*. 16 epafaresin *g(p)*, epafares *(sic) c*. 17 diurnis: diuturnis *gcp*. 19 potuerit *gc et* (fl'tomia . . adhiberi) *p*. acriori *(hic) g* (– re *cp*). 20 flavum mll' *(sic) p*, favum melle (!) *c*. catapocias gallieni *g*, catapucias galieni *c*, cataputie galieni *p*.



loca patientia plantaginis aut uvae lupinae suco inlines, aut lenticulatam herbam de stagnis virentibus colliges et cum modico aceto tritam impones, aut glaucium cum aqua solutum inlines, aut coriandro aut plantagine trito cum pane posca infuso bis in die et semel in nocte cataplasmabis: in hiberno autem viridi apio aut coliculi foliis similiter cum pane uteris, maxime si in articulosis locis fuerit erysipelas. novit enim tale cataplasma imminentem putredinem prohibere.

in curationibus vero si nimius fuerit dolor praeter putredinem gingivarum, oportet sacculis salis torrefacti loca quae dolores patiuntur extrinsecus vaporare. etiam et apoflegmatismum masticatorium oportet adhibere, quem Graeci masomenon vocant, et conficitur sic: stafisagriae et mastices et pyretri, omnium trium paria pondera in uno diligenter contundes, cerae modicum admiscebis et rotulas finges, quas Graeci trociscos vocant. ex quibus masticandos dabis, et inclinato capite humorem decurrere dimittes.

aliud ad dentis dolores, enchyma id est infusio in nares. betae, et melius agrestis, radicis suco in naribus ipsius partis dolentis infuso dolores dentium solves. observandum praeterea ab omnibus frigidis. nam Hippocrates in aforismis sic ait, omne frigidum dentibus esse hostile sive inimicum, quod autem calidum amicum et delectabile.

fysicum ad dolorem malae, de Vindiciani Afri.

2 saculos *(sic)* salis *c*: solis *(sic)* sacculis *p*. 4 apoflegmatissimum *p*. quem: quod *cp (cf. Th. Prisc. 1, 14)*. 5 masumen̄ *p*, masum̄ *c*. 6 et *om. p (bis)*. mastice *c*, —c̄ *p*. piretri *cp*. omnium trium *c*: *om. p*. pondera cere m. admisces et in vino diligenter contusis (*sic c*, commiscis *p*). rotulas frigis *(sic p*, singulas *c*) quas. (qs *p*, q̊s *p*ᶜ) *cp*. *quae ordine inverso correxi*. 8 rotulas *cp*: —los *Petr*. ex q. masticandum *c*, —dus (d᾽) *p* (ad masticandum *Petr*.). 10 dimittis *cp*. 11 aliud (πρὸς ὀδονταλγίαν): *hoc Apollonii est (ex eupor. ap. Gal. XII, 865. cf. XIV, 356)*. Aliud dentis dolore endima *c*, Aliud ad dentium vel dentis dolores ọ̊nclima *p*. 12 nares: naris *c*, naribus *p (Simon s. v.)*. betae: Beta *c*, bece *p*. sucum (ū) . . . infusum *cp*. naribus *c*: nares *p*. 13 solves (λύσεις): solvet *c*, —vit *p*. observandum *cp*ᶜ: —do *ante corr. p*. 14 ypocrates in āphorismis (ff̄ *add. p*) *cp*. *citatur similiter a Th. Prisc. 1, 14.* 15 esse dentibus *p*. 16 hostile sive *c*: *om. p*. et delectabile *c*: *om. p*. 18 fisicum *cp (item infra)*. molé *cp*. d'ụịṇḍịçịā . ạfrị *p* (deuindiciani afri), dem̄ciā afrı *c*.



salis grana mediocria numero III matutino tempore ante solis ortum dabis laboranti in ore continenda in ipsa parte in qua dolore pulsatur, donec paulatim defluant et cum defluxerint humorem proiciant. etenim hoc adiuvamenti genus si frequenter fiat limositatem excludit et humores superfluos qui dolorem praestant depurgat.

aliud fysicum ad dolorem malae. caricam et sinapi teres et induces in panno et cubito alterius partis superimpones, id est si forte sinistra fuerit mala dextro, si dextra impones sinistro.

collutio, quam Graeci diaclysma vocant, faciens ad dentium dolores. gallas quassatas, taedae pinguis astellas minutatim incisas, iusquiami semen, alumen liparum simul decoques in vino veteri. iugiter dabis ut colluant, cautius vero ne quid ex isto liquore transvorandum existiment. hoc autem non solum dolorem mitigat verum etiam agitantes dentes statuit vel confirmat. si vero taedam non inveneris, picis siccae modicum mittes et uteris.

aliud ad dentes agitantes ut statuas vel confirmes.

1 numero *c*: *om. p*. ante — parte *p*: *om. c* (*ubi* tp̄r in quo d. *p*). 3 in quo dolore *c*, in qua dolor *p*. defluat *p*. 4 proiciunt *p*. adiumenti *c*. 5 si *p*: *om. c*. liniositatem *c*. 6 humorem superfluum . . . prestat (pr̄at) *p*. 7 ad *om. c*. mole *iterum cp* (*sed infra* 9 mala *cp*). caricas *c*. sinapī *p*, senapi *c*. 8 teres *p*: tres *c*. inducis in panno *cp*. alterius *p*: alicuius *c*. superinponis *p*, superponis *c*. 9 i. si *c*: i. u̇ (ut) si *p*. s. mala fuerit *p*. dextro — sinistro *c*: dextro impones. si dextra in sinistro cubito īpones. 10 īponis *c*. 11 dialisma *c*, diaclima *p*. 12 dolorē *c*. cassatas *c*. tede pinguis astellas minutas *p*, tedas pingues minutatim incisas *c*. 14 s. coques *p*. et iugiter colluant. cautius ne . . . *p*. 15 isto *p*: hoc *c*. travorandum *c*: trāſuciād' (*pro* transglutiendum?) *p*. 16 autem *c*: enim (ė̇, *ante corr*. ē) *p*. h. e. dolorem non solum m. *p*. agitātes *cp*. 17 statuet vel *c*, statuit et *p*. redam *p*. 18 pice sicce *c*, picis sicci *p*. mittis *p* (—tes *c*). 19 agitātes *c*: agittatas *p* (—tātạ̊s *p*ᶜ). statues vel *c*, statuas et *p*.

oleum myrtinum dabis colluendum et postquam dederis alúmen scissum cum limatura corali tritum appones.

aliud ad dentes agitantes stringendos et gingivis implendos. gallae et acanthae aegyptiae ÷ singulas, corali ℨ II in uno diligenter tundes et tenuissime tritis uteris.

aliud ad dentes ex percussu agitantes. lac asininum aut caprinum in collutione oris datum dentes agitantes statuit vel solidat, et ulceratas gingivas et oris vitia ex acredine humoris nata medetur.

dentifricium, quod Graeci odontotrimma vocant. gingivas turgidas sive sanguinolentas sine ulla vexatione desiccat, nigros dentes incandidat et ori fetido bonum odorem facit, dentes mobiles vel agitantes confirmat. recipit cornu cervini combusti et specularis assi uncias binas, salis ammoniaci ℨ I, mastices ℨ I, aluminis lipari sicci et folii dr̄ quaternas. tundes et cernes, et uteris.

si vero cancerosa ulceratio fuerit gingivarum, quam Graeci carcinoden vocant, dentium nigredo vel livor ostenditur cum ulceratione putrida gingivarum ex supradictorum dentium agitatione et oris putore, adiuncta corporis mala habitudine quam Graeci cachexian vocant. ob diligentiam

1 oleum — dederis a. *c*: oleo mirtino collues et collutis dentibus a. *p*. 2 (*item* 4) corali *c*, coralli *p*. 3 agitātes *c*: agitātas (*sic*) *ante corr. p* (—tātẹ̊s *p*c). stringendum et gingivas īplendum *c*, et stringere et gingivịs replere *p*. 4 agāte *cp*. 5 ī uīo (vino) *c*. 6 percussura *p*. 7 in *om. cp*. collucōe horis *c*: collutionis oris *p*. 8 statuet vel *c*, statuit et *p*. 10 quod greci *om. c*. odōdotrına *c*, adōt mıtıa *p*. et ging. *p*. 11 sanguinosas *p*. d' ſatōe (vesatione *corr.*) *p*. 12 nigras *c*, ni. (*sic*) *p*. incandidat *c*: candidat *p*. 13 et dentes *cp*. 14 ℞ *cp*. specularis assi (*cf. c. 39*): spedanasi *c*, spelā(-lar, sp,elā *p*c *pro* splena?) assum *p*. 15 mastice *c*, —c̄ *p*. alumen liparum siccum et folium ℨ I (*corr.* IIII) *p*. 16 utere *c*. 17 Si cancerosa vero u. *c*. quod (q̶) *c*. 18 carcinode *c*, —don *p*. 20 pudore *c*, —rē *p*. adiecta *p*. 21 cacexiam *cp*.



vero curationis oportet leptospathio ferramento licinio involuto et moto tilto blande desecta detergere, et postquam deterseris, vinum calefactum colluendum dabis, in quo ante fuerit decocta myrta sicca lenticula rosa rubi turiones virides, et in ipsa decoctione modicum mellis despumati admixtum, quod possit putredinem plurimum invadentem non solum tenere verum etiam purgare. et post collutionem adhibitam dia chartu siccum medicamentum appones diebus aliquantis, donec putredo gingivarum purgetur. et cum se humor in ore collegerit, blande erit despuendus. et cum videris gingivas bene purgatas, cephalico medicamento ad carnositatem uteris si forte minutam inveneris. dehinc etiam novissime in cicatricem duces sicco medicamento diostreon appellato.

est item aliud cancri dentis genus aetatibus brevissimis eveniens. emergit autem inter ipsa initia tumor quidam totius maxillae cum ingenti pallore ictericum morbum simulante, nam Graeci icteroden vocant, qui etiam et veluti venarum livorem in cute ostendat et

1 tempore *post* curationis *add. cp*, *quod omisi.* lecto spacio *c*, lecto spatō *p*. lucinio (*sic*) *cp*. 2 moto tilto: meli tincto *c*, molli moto (*corr. in marg.* i. tīcto) *p*. desecta: desegtare (*sic*) *c*, *om. p*. 3 v. calidum *p*. ad *ante* colluendum *add. p*. 4 decocta *p*: cocta *c*. mirta *p*: mirra *c*. 6 dispumati *cp*. admisces *c*, amisces *p*. quo p. *c*, q̊ ex p. *p*. plurimū (*sic adv.*) *cp*. 7 invadentem: invadere (*sic*) *c*, *om. p*. purgari *c*. 8 collutiem *c*, collunionem (*sic*) *p*. adhibita (*sic*) *c*: *om. p*. diacartum (—tū) *cp*. 11 despuendas *c*, —d' (—dum) *p*. cephalico *p*: focelicū *c*. 12 ad *om. cp*. si fortē (*sic*) inveneris *c*, si forte minuta fuerit *p* (*cf. Gal. X, 446*). 13 dehinc *c*: hinc *p*. novissimo *cp*. in *om. c*. ducis *cp*. 14 sicco *om. p*. diostren *c*, diostēon *p*. 15 est *om. p*. dentis *om. p*. genus etatibus brevissis̄ eveniens *c*, genus et. ın caes. fātū (et infantium *corr.*) brevis etatis veniens *p*. 16 tumor *c*: rumor *p* (*cf. p. 65, 17*). 17 pauore *c*. hıct'ıco (morbo) *c*, hıctıs c̄ (hictiscum *pro* hictericum) *p*. 19 etiam et *c*: ex̄ *p*. ostendit *p*.

ipsam buccam perforet, quod Graeci teredona vocant. et est omnino curationis difficilis. sed oportet ea adhibere quae saepissime curandae putredini gingivarum superius scripsimus, id est dia chartu medicamentum admixto modico pipere. vel illud medicamentum appones ex fimo canis combusto inferius ad omnes putredines et scaras suo loco conscriptum, et extrinsecus cataplasma ex lenticula et pane adiecto modico melle confectum, quod artofagon vocant, et cetera simili virtute medentia.]

p. 184 sup.

## XXXIII. Ad tussim humidam.

Humida intellegitur tussis, quam Graeci ygrobecha vocant, quotiens cum plurimo flegmate apparuerit, id est cum abundanti excreatione aut humectatione et narium pruritu et sternutatione. et aliquando iacentibus quodam modo resonum sibilatum ostendit. haec passio est communis reumatismus arteriae et thoracis. quae si multo tempore permanserit ut dies numero XL excedat, efficitur et pulmonis et in pthisicam vergit passionem.

curationis vero tempore oportet in ipso initio duobus vel tribus diebus si vires permiserint ieiunium laboranti-

1 ipsam buccam perforet quod *p*: ip̄aʒ buccā ip̄a bucca♃ p̧forē | rep̄ (*vel* rup̄ — *haec enim in charta fere elota dispici non potuerunt* — rumpit?) fortit' quod *c*. tridona *c*, tḧēdeā *p*. 2 curatione difficili (—cıl' *c*) *cp*. 3 sepissime *c*: superius (*hic*) *p*, *quod infra omittitur*. s. putredini g. curande *p*. 4 diacartum *p*, diacar̄ *c*. 5 illud *p*: *om. c.* fimo *p*: fūo (fumo) *c*. 6 ad omnes (omīs) *c*: *om. p.* putredinem et scaras *c*, putredinis (—dīs) et ascaras *p*. suo loco *i. c. 36*. 9 medencia *c*: medicamenta *p*. 10 *Humidae in g tussis arida praeponitur capitulo quod numero caret post* (I—) XII Ad stigmata. 10 tussim *cp*: tussem *g* (*et ind. p*). igrobeca *g*: drobecade *c*, ydropica *p*. 14 pruritum externutatione *g*. 15 communi *p* (—nis *gc*). 16 reumatismo *gcp*. *cf. Orib. V, 550.* toraci *g* (—cis *cp*). que *g*: quod (ꝙ) *c*, *om. p.* 17 ut *g*: aut *c*, i. si *p*. $\overset{\text{ta}}{\text{XL}}$ (*sic*) *g*. excedat *c*: —dit *gp*. efficitur ut (*sic*) pulmonis *g*: inficit pulmonem *c*, efficitur in pulmone *p*. 18 ptisicam *g*, tipsicam *c*. 19 et in i. *c*.



bus imperare, ita ut se circa horam decimam reficiant et a solito minus potum accipiant. interea ciborum ipsorum qualitas semper oportet esse sicca vel solida aut corpulenta, quam Graeci sterean vocant. sic enim omnia quaeque humida desiccantur, cum e contrario contrariis sanatio adhibetur. et si ventrem minime fecerit, acriore clystere deducendus erit. dehinc iugulos et thoracem et a tergo inter scapulas usque ad cervicem oxyrodino id est aceto et rosaceo oleo ex lanis sucidis embrocabis, in hieme calide aestate frigide, et oportuno tempore loca scilicet supradicta ex palmulis et murtae siccae tenuissimis pollinibus et hordei polline cum sufficiente melle et aceto concoctis cataplasmabis. nec non etiam cucurbitas stalticas id est constrictorias thoraci et dorso multa cum flamma conglutinabis. etiam et gutturis partem sub mento, quam Graeci antereona vocant, novacula rades, et carnibus palmarum et amomo et hypoquistidis suco et mastice adiuncto modico melle concoctis pyriama confectum appones, ⟨aut melle concocto⟩ et herpyllo herba | ad- p. 185 mixta aloe similiter appones. aut dia iteon medicamentum

1 ut se . . . reficiant *g*: ut . . . reficiantur *cp*. decimam *gc*: XI *p*. 2 a *gc*: *om. p.* ipsorum ciborum q. *cp*. 3 oportet esse *g*: sit *cp*. 4 sterea *gp*, ſt'nͤa *c*. quęque *g*: qʒ q̄ *c*, q̄ʒ que (quecunque) *p*. 5 cum — adhibetur *gp*: *om. c.* 8 Oxyrodinon *g* (—no *cp*). 9 ex *c*: et *g*, cum (c̄) *p*. 10 calide *gc*: —dis *p*. frigide *g*: —da *c*, —dis *p*. loca scilicet ex supradictis *gc*, loca supra dicta *p*. 11 ex (*sic*) murtę siccę *g*, et mirta sicca *cp*. pollinibus tenuissimis *p*, pollinis tenuis *c*. 12 pollinē *g*. sufficiente *g*: —ti *cp*. 15 et torso *g* (*cf.* $\overset{\text{d}}{\text{7}}$,õſo *p id est* et orso *p pro* et dorso $p^{c}$). 15 mento *g*, mentu (*sic*) *cp*. 16 antereona *g*: antereon *c*, theredam *p* (*cf. Cael. Aur. p. 388. 383*). 17 ypoquistidis: *sic gcp*. masticae (= ce) *g* (—c̄ *p*). 18 concocto *gcp*. em(om *p*)pirisma *gcp*. 20 aut melle concocto: aut (ȧ) mellis concocte (cotē *ante corr. qui scr.* ꝯc$^{c}$ōté *deletis lineolis suprascriptis*) *p*, *om. g* (*ubi* appones et herpillo) *et* (*cum seqq. usque ad v. 20* appones) *c*. et herpillo (—la *p*) — 20 appones *om. c.* amixte *p*. 20 aloen *g*. dia$^{i}$theon *g* (thahitheon *c*).

linteolo densum inductum appones. aut certe dielectru trociscum aut trigonum admixtis palmulis calcatis, patetoe a Graecis appellantur, similiter appones. dandum etiam et dia codyon singulariter aut suco polentae aut oryzae admixtum. vel catapotia tussicularia quae Graeci bechica vocant vespertino tempore cubaturis id est euntibus dormitum dabis. aut trigonum trociscum similiter vespertino tempore cum calida aqua dabis, si tamen ventris constrictio aut in infantibus aetas minime impedierit. oportet etiam calenti anagargarismate uti ex decoctione palmularum et lenticulae et rosae vel ficorum siccarum: aut *siliquas graecas* dulciores mittes et uteris.

trociscus a Graecis ypocapnistos appellatus id est suffumigatorius, conveniens maxime hiberno tussientibus ad desiccationem humorum, maxime ad longi temporis tussiculas, quas Graeci chronias bechas vocant. recipit autem sandaracae et turis partes binas, medullae cervinae et murrae partes singulas. tundes sandaracam et cernes, murram vero et tus separatim teres et cernes. dehinc *simul omnia cum cervina medulla in girba mittes et in*

1 linteolo *gc et ante corr.* (—lū) *p.* densum *gp*: denso *c.* dielectrum *gp*, dieleti *c.* 2 admixtum *gp*, —to *c.* calcaticis *g*, —ticus *c et* (u *ex corr.*) *p.* pateton . . . appellatum (—tur *p*) *gcp.* 4 dicacodion (*sic*) *g*, diacodion *cp.* orizae (—ze) *gcp.* 5 catapotias singularias (*sic*) quas *g*, catapotia singularia quae (ꝗ *c*, q̃ *p*) *cp.* 6 cubaturis (—toriis *sic g*) id est *om. p.* cubaturis — (*v.* 8) tempore *om. c.* 9 in *om. gcp.* 10 calentiano (*sic*) garg. *g*, calenti garg. *p et* garg. calenti *c.* 11 pia♃ ſicc♃ *g*, piarum siccarum (pia♃ ſicca♃ *c*) *cp.* siliquas grecas *c*: siliquae grecae *g*, filicas grecas *p.* 12 mittis *gcp.* 13 y(i *c*)pocapnistus *gc*, ypoconicus *p.* 13 appellatur *g* (—tus *cp*). 14 suffumatorius. Conveniens *g*, subfumigationibus conveniens *c*, suffimigatori (*sic*) conveniens *p.* yberno *g*, i(ī *p*)berno *cp.* 16 chronias bæccas *g*, trozenas bacas *c*, cronias becas *p.* ℞ *cp.* 17 partes *cp*: *om. g.* 18 mirrae *g*, mirte *cp.* 19 mirram *gp*, miram *c.* 20 in girba (girua *c*) mittis *gcp.*



unitatem ut sibi bene misceantur tundendo coges, et *exinde in magnitudinem* lupini trociscos finges. et prima die cacabo novo septem trociscos carbonibus superimpones et operies ita ut operculum modicum foramen habeat quod minorem calamum habeat, et per eum fumum in ore is qui curabitur excipiat, tam diu quam talem colorem habeat flegma qualis est medicaminis. et observa ne ex aliqua parte cacabi fumus exeat nisi in os. hoc facies per septem dies, et post fumum exceptum dabis conditi tepefacti potionem unam, ita ut his diebus holera olivas caseum impensas recentes legumina et balneas non tangant. carbones etiam de gufione vitis facies. sed si forte | raucedo aut asperitas fuerit arteriae, vespertino *p. 186.* tempore arteriacam euntibus dormitum sub lingua continendam dabis, et cum defluxerit paulatim sub ipsa esucatione transvorandam mandabis, et sanabis. cuius vero arteriacae confectio talis est. croci scr̄ VI, gliquiritiae scr̄ XVIII, draganti scr̄ XII, piperis scr̄ IIII, spicae in-

1 cogis *gcp.* et *cp*: ut *g.* 2 fingis *g* (*p*, ſingl'ıs = singulis *c*). et — trociscos *om. c.* 3 septem *g*, VII *p.* —ponis *gcp.* 4 operis *gcp.* 6 is (≡ıſ *g*) *gp*: hiis *c* (*ut* his *ante corr. g*). curabitur *gc*: —ratur *p.* tam diu quam ⟨diu *add. g*ᶜ⟩ *g*: donec *c*, tam diu donec *p.* 7 flegma *c*: flecma *g* (fl'a *p*). qualis et medicaminis *g*, qualem (—le *p*) et medicamen (—m̄) *cp.* 8 nisinos *g.* facis *gcp.* hoc *g*: hoc autem *c*, et hoc *p.* 9 septem *g*: VI *c*, VII *p.* 10 ti(e *corr.*)pifacti *g.* holera *g*: olera *cp.* 11 impensas *g*: īpenſan *c*, ēpēſa *p* (*cf. Anthimus 36*). legumen *gcp.* balneas *g*: balneum *c*, balnā *p.* 12 degufione *g*: degufione *cp.* vitus *ante corr. g.* facis *gcp.* 14 arteriaca *g* (—cā *cp*). 14 sub lingua *cp*: oblinguam *g.* 15 sub (*cf. c. 34 fin.*): subinde *gcp.* ipsam esucationem *g*, i. exutacionem *c*, i. effusionem *p.* 16 transvorandam (*gp*ᶜ) — sanabis *om. c.* vero *gc*: *om. p.* 17 ſcrpt (*deinde* ſcr̄) *g*, ſcrīp *c*, 3 (ɜ *quinquies supra scr. corr.*) *p.* croci *g*: c̄c̄ (et *c*) *cp.* Gliquiritiae *g*, Elincie (*sic*) *c*, liq̄r *p.* 18 XVIII *gp*: XV in *c.* draganti *gp*: tracanti *c.* piperi *g.*

dicae scr̄ II coliculi suco colliges et facies collyria in modum fabae aegyptiae et in sole siccabis. |

*p. 182 sup. (post excludendas).*

## XXXIIII. Ad tussim aridam.

Tussis arida a Graecis xerobeches appellatur, et agnoscitur quotiens cum parvo flegmate et faucium tensione et gravedine et nimia thoracis constrictione ex viscosi flegmatis infusione nata, quam Graeci catarrian sive catarrun vocant. aliquando et a tergo dolorem inter scapulas sentiunt, quod Graeci metafrenon dicunt. contingit frequenter ex antecedenti perfrictione aut e contrario adustione. etenim omnis frigor cerebro humorem flegmaticum nutrit, identidem nimius calor ex calefacto cerebro humorem supradictum ad inferiores partes liquefactum dimittit.

in curationibus vero oportet in ipso initio penicillis calidis id est calida aqua expressis sub mento gutturis partes, quas Graeci antereona vocant, alterna vaporatione mutare. etiam et ori patenti et naribus penicillos supradictos calidos congruit laborantibus applicare, et eos admonere ut ad semet ipsos spiritum vaporis rapiant, quo possint interiora corporis membra, quae Graeci moria vocant, relaxationis indulgentia relevari. post haec et anagargarismata erunt offerenda ex aqua mulsa calida et decoctione fici et ysopi aut ex decoctione origani et thymi et gliquiritiae et his similia.

1 co(au *cp*)liculi *g*. colligis et facis *gcp*. colliria *gcp*. 2 aegyptiae *g*, egiptie *p*: egipciace *c*. *sequitur in g cap.* Ad tumorem faucium (XXXV). 3 Ad tussem aridam *g* (*et ind. p*): Ad tussim siccam *cp*. 4 arida *c*: sicca *p*, *om. g*. xerobeches *(pl.) g*: xerobetas *p*, yerobeches *c*. 6 ex: et *gc*, fit ex *p*. 7 catereon (catereo *c*, catareon *p*) sive catarrum *gcp*. 9 ꝗ (quod) *cp*: quem *g*. 10 perfricatione *p*. 11 frigdor *cp*. nutrit. Identidem (*sic*) *g* (*p*, *sine interp. c*). 13 dimittit *gcp*: deponit *Petr*. 15 mentum (*sic*) *gcp*. 16 anthereona *p*, antrema *c*. 18 ammonere (immunere *c*) *sic gcp*. 20 morian *g*. 22 et (dec. f.): ex *gc*, et ex *p*. 23 ficus *c*. ex *om. c*. 24 gliquiriciae *g*: gliricie *c*, lıq̄r *p*. similia *g*: —libus *cp*.



sin vero glutinosum flegma, quod Graeci collodes vocant, ingenti conatu de thorace ferri senseris, oxymel ieiunis dabis. et conficitur sic. mellis optimi duas partes, aceti acrioris albi partem unam cum puleio et radicibus apii viridis pridie infusis lento igne simul coques, donec mellis crassitudinem mediocrem sumat. tunc ab igne tolles et per linteolum mundum expressum liquabis et exinde coclearium aut duo singulariter vel cum apiata calida dabis.

sin vero aspero vel mordaci humore | cum strictura *p. 183.* tussis fuerit commota, faeni graeci sucum dari oportet. est enim lenificae virtutis, qui valeat humoris asperrimi lenire qualitatem et stricturae querelam relaxando mitigare. et conficitur hoc modo. accipies faenum graecum purgatum et aqua dulci lavabis ut terrosa careat qualitate. tunc supra tenuissimos carbones leviter coques, ut omnem acredinem deponat, et secunda aqua mutabis defusa priori, et iterum coques ita ut ipsa decoctio glutinosa in similitudinem coloris vini redigatur. tunc ab igne tolles et per linteolum mundum liquabis, et dabis ieiunis ex ipso suco calicem unum mediocrem admixto mellis despumati cocleario uno. et si forte adhuc minime fuerit soluta thoracis constrictio, inter scapulas circa spondyli locum praevaporatis partibus scarifabis et per cucurbitae raptum competentem sanguinis quod relaxationi faciendae sufficiat

1 sin *gc*: si *p*. coliode (—dē *p*) *gcp*. 2 oximel *g*, ex melle *c* (huius oximellis confectionem *p*). 3 et *g*: quod *c*. duas partes *g*: partes II *cp*. 4 acoeti *g*. radicibus a. viridis (viridibus *c*) p. infusis *cp*: radices a. virides p. infusas *g*. 7 expressum *cp*: et pressum *g*. 10 sin *gc*: si *p*. stictura *g* (*ut supra p. 72, 6* constictione). 11 foeni *g* (fenu *cp*). 12 qui (ꝗ *c*) *gc*: que (q̄) *p*. 14 foenu (—ni $g^c$) grecum *g*, fenugrecum *c*, fenugreci *p*. 16 leuiter *g*: leniter *cp*. 17 secunda aqua (*sic*) *gcp*. defusa — (20) liquabis *om. c*. priori (*sic*) *gp*. 23 spondili (—lii *c*) *gc*: spondiliorum (loca) *p*. 24 scarificabis *cp*. cucurbitem *g* (—te *cp*). 25 competenter *c*. sanguinis: sanguinem *gcp*. quod *gc*: qui *p*. rel. faciendi sufficiendae sufficiat (*sic*) *g*, rel. sufficiat (*med. om.*) *p*.

detrahes. etiam et ventris egestionem si non fuerit blando clystere provocabis. dehinc transactis tribus post scarifationem diebus si forte aliqua praecordiorum tensio digitis palpantibus occurrerit, tribus seminibus cataplasmabis, nam Graeci trispermon vocant, id est ex lini semine contuso partes duas et hordei et faeni graeci pollinibus partes singulas, mellis et olei dulcis et aquae quod suffecerit in uno coques, et cataplasmabis. et postquam tuleris cataplasma, maxime hiemis tempore molli lana loca tutabis et fasciabis. post haec omnia et postquam cataplasmatis dies expleveris, epithima dia spermaton appones, aestate vero dia melilotu epithimate uteris.

aliud ad siccam tussim. irin illyricam decoques in aqua dulci usque ad tertiam partem, et in ipsa decoctione ad modum calicis minoris addes mellis despumati quod suffecerit, et ieiunis potui dabis.

confectio electuarii tussiculis aridis et ad raucedinem conveniens. recipit autem lini seminis torrefacti et amyg-
p. 184 dalae | amarae desquamatae et leviter torrefactae et gliquiritiae suci omnium quattuor paria pondera. singillatim

1 et *cp*: *om. g.* blando i. leni clistere *p.* 2 Dehinc *g*: Deinde *cp.* scari(cari— *sic g*)ficationem *hic etiam g.* 6 semine contuso *p*: seminis contusi (—sis *g*) *gc.* duas: II *p.* et ordei — singulas *om. c.* foeni *g* (fen̄ *p*). 8 sufficerit *cp et ante corr. g.* 10 tutabis *gc*: tūbabis *p* (*cf. supra c. 28*). et fasciabis *om. c.* post haec omnia: *om. cp.* Post haec omnia et cataplasmatis d. *g*, et postquam (omnes *add. p*) cataplasmatis d. *cp.* 11 epithima *gcp.* 12 diamel(ll *p*)ilotum *gp* (melliloto *c om.* dia). epithima *gc* (epith'ate *p*). 13 tussim *cp*: tussem *g.* I(u *c*)risil(ll *cp*)iricam *gcp (cf. Th. Prisc. p. 94*[d]*).* 14 in ipsa decoctione *gp* (—am —em *c*). 15 a. m. unius calicis *c.* dispumati *cp.* 16 sufficerit *p et ante corr. g*, sufficit *c.* ieiunū (*i. e.* —no) *c.* 17 et raucedini *p* (et ad r. *gc*). 18 recipit *g*: ℞ *cp.* amigdalae amarae descemate *g*, amigdal' ama. desquamati *p*, amigdalarum amararum descamatarum *c.* 19 leviter *g*: leniter *cp* (*cf. supra p. 73, 16*). torrefactę *g*: —ti *p*, —tarum *c.* glyquiriciae *g*, gliquiricie *c*, lıq̄r *p.* 20 omnium quatuor *gc*: *om. p.* singillatim *g* (singilatim *c*): singula *p.*



teres et sic in uno commiscebis et addito melle cocto in unitatem coges, et exinde in modum unius avellanae dabis ut in ore contineant aegrotantes et paulatim exucando transvorent. sin vero gliquiritiae sucum non inveneris, ipsam gliquiritiam mittes et uteris. |

## XXXV. Ad tumorem faucium. p. 186.

Secundum veteres medicos quattuor distantias cum suis vocabulis habere uva ostenditur. nam si fuerit rotunda in similitudinem acinae, stafyle a Graecis appellatur, quam nos uvam dicimus. item si fuerit longa et tenuis et in folliculi sui summitate plurimum humoris habuerit, cionis appellatur. identidem si grossa vel vastior fuerit ut robustitate sua faucium impleat partes, gargareon appellatur. nam Hippocrates senior in suo prognostico sic ait „gargareones periculosae ad incidendum vel exsecandum, quanto magis fuerint rubriores et grandes. etenim tumor eisdem locis nascitur et sanguinis incessabilis fluxus efficitur. sed oportet in eodem tempore non solum ipsam uvam appositione medicamenti attenuare, verum etiam quibuslibet modis subinanire ventrem. sic enim innoxie chirurgia adhibetur et metus praefocationis praeteritus est“. item alia dicephalos appellata vel bicapita, quae rarius nascitur et innoxia esse probatur, si quidem hu-

1 commisces *gcp.* 2 cogis *gcp.* unius *om. p.* 3 exudando (*sic*) *g*, exsuccando *p*: gluciendo *c.* 4 sin *gc*: si *p.* gliquiritiae *g*, glicirize *c*, lıq̄r *p.* 5 gliquiriciam *g*, lıq̄rıtıā *p*: *om. c.* 9 stafile *gp* (scafile *c*). *cf. Gal. XII, 972 (960. 971 sq.).* 10 si *cp*: *om. g.* 12 cyonis *g* (cıoı̄s *p*, tionis *c*). vel astior (*sic*) *g* (vastior *cp*). 14 hypocrates *g* (ypocr. *cp*). *v. Hipp. I, 115 Lips. (citat etiam Galenus XII, 971).* 16 lubriores *g*, rubiores *c*: rubicundiores *p.* 17 eisdem *g*: in hisdem *p*, in (locis) *c* (in isdem *Petr.*). 19 appositione medicamenti *p* (*ex corr.*): appositionis (—one *c*) medicamento *g*(*c*). 21 preterıt⁹ ∸ *g* (p̄t'ıt⁹ē *p*): preteritur *c.* 22 dia coe(ce *cp*)phales *g*(*cp*). *apud Petroncellum c. 31 p. 209* (si robusta et vehemens extiterit piclosis dicitur) *sic quarta inducitur ἐπιγλωσσίς.* vel *g*: i. (id est) *cp.*

morem ex se dimittens in utrasque partes faucium spargat et non per medium destillando pulmonis altitudinem laedat, sicut ceterae uvae faciunt. propter ea chirurgia prohibetur.

curationis vero tempore in ipso initio ad uvas tumentes et summissas, quas Graeci cechalasmenas vocant, et tumentibus faucibus uti oportet dia pityrou anagargarismate, id est ex cantabro. et conficitur sic. cantabrum non nimis calcatius tenui linteolo illigatum mittes in cacabo fictili et novo aut certe aeneo stagnato et adiecta
p. 187. dulci aqua addes | siccam rosam et palmulas pingues ⟨et⟩ lenticula admixta sales alexandrinos. omnia ad modum mittes, et coques donec lenticula coquatur. post haec ipsum sucum liquabis. bene temperatum et non viscosum nec iterum nimis aquatum efficias, et addito modico melle despumato gargarizandum patientibus dabis non nimis calidum neque iterum frigidum. etenim si frigidum fuerit, tumentibus partibus manifestatur esse contrarium. iterum si nimis calidum fuerit, loca fervore accensa inurit. sed sufficit tantum ut secundum tactum teporem habeat lactis, quod Graeci galactodes vocant.

diachrisma stomaticon id est inlinimentum ori con-

2 destillandum *g*, distillando *cp*. 5 thaias menas *g* (taias meās *p*), thalasmenas *c* (*i. e.* *κεχαλασμένας Gal. XII, 944 etc.*). 6 Diapitirona gargarismate *g*, diapitiron garg. *c*, diapetiron anagarg. *p*. 8 calcatius *gc*: calcatum *p*. illi(ili *c*)gatum *gc*: ligatum *p*. mittis *gcp*. in cacabo . . . stagnato: *sic gcp*. 9 certe aeneo (eneo *c*) stagnato *cp*: certe plumbeo vel stagneo vel eneo *p*. 10 dulcia quae *g* (dulci aqua *c*, aqua dulci *p*). siccam rosam *g*: rosam siccam *cp*. et *om. c et mox gcp*. pingues (*om. c*). lenticula et mixtas (mixas *c*, m̄tas *p*) *gcp* (l. admixta *Petr.*). 15 ut gargarizandum *g* (gargarizato *c*, —zando *p om.* ut). n. n. dabis (*iterum*) calidum *c*. 16 frigidum . . . contrarium (*sc.* anagargarisma) *sic gcp*. 19 sufficit tantum (tm̄ *c*) ut *gc*: *om. p*. 20 galactodes *g*, galatodes *c*, colotodes *p* (*cf. Aurel. c. 14*). 21 diacrissime *g*, diacrisme *c*, diacrisma *p* (*cf. διάχριστοι στοματικαὶ vel διάχριστα στοματικὰ Galeni XII, 938 sqq.*). stomatice (tomacie *sic c*) *gp*. *hoc Galeni fuit a Galeno primo traditum* (XII,



veniens. et appellatur e dia ton carion, faciens ad digerendos tumores et praefocationes antiadum. et recipit nucum viridium corticis sucum per linteolum mundum liquatum. quem molli igne coques usque ad tertiam partem et tolles ab igne et dimittes ut infrigidet. dehinc in mortarium marmoreum refundes et admiscebis mellis leviter despumati similem quantitatem, et addes croci et murrae et hypoquistidis suci quod suffecerit, ita ut murrae et croci singulas partes mittas et hypoquistidis suci dimidiam partem, et uteris.

confectio crocati faciens ad faucium fervidos sive rubicundos tumores. accipit autem rosae floris et croci scripulos binos, nucleos pini septem, uvae passae enucleatae numero novem. teres cum melle despumato et modico passo, et inlines.

905) *πάντων ἄμεινον* (905 *et* *χρησιμώτατον* XIV, 360). illimentum (illimtū) *p ante corr.* (ni) *gp*, inlinim̄tū *c*. 1 ediaton carion *g(p)*, ediato|netron *c*. digerendos *cp*, dirıġendos (*i. e.* dirigendos) *g*. 2 antiadum *g*: antea datum *c*, ā̄t'ia♃ (arteriarum) *p*. et recipit *g*: ℞ aut̄ *c*, ℞ *p*. 3 linteolum mundum. molli igne *etc.* *g*, l. m. ī quātū quē moli igne *c*, līteolū ^mūdū colat̄n̄ıdū (*i. e.* l. m. colatum) m. i. $p^{c}$. 5 et *gp*: postea *c*. et dimittes (—tis $g^{c}$) *c*: *om. p*. infrigidet *g* (infrīdet *c*): frigescat *p*. 6 admisces *gp*, adungues *c*. 7 dispumati *cp (item infra)*. similem (ꝑtem *pro* parem *c*) q. *gc*: tātūd' *p*. et *gp*: post *c* (*cf. v. 5*). murrae *g*: mirre *p*, mirā *c*. 8 ypoquistidę *g*, —des *c*, —dos *p* (*supra scripsit* $g^{c}$ i. rosę ħ est sentica). 8 quod — (9) suci *om. p*. sufficerit *ante corr. g*. mirrae *g*, mirre *c*. 9 ypoquistidę *g*, postquistide (*sic*) *c*. 11 crocati: *cf. similia apud Gal.* XII, 945. 12 Accipit autem *g*: ℞ autem *c*, ℞ *p*. floris *gp*: —res *c* (florum *Petr.*). et croci *g*: ⁊ c̄c̄ *p*, ecᵚce *c* (et cere *male ed. Petr.*). 13 scr̄p̄ *g* (scrpl'os *c*): ʒ *p* (϶ *supra scr.* $p^{c}$, *ut antea*). pini *cp*: pinos (*sic*) *g*. septem *g*: VIII *c*, VII *p*. uvae passe enucleatę *g*(*c*), uvas passas et nucleatas *p* (uve passe nucleorum *Petr.*). 14 numero *gc*: *om. p*. novem *gc*: VIIII *p* (*Petr.*). 15 inlinis *ante corr. g*, illinis $g^{c}cp$.

confectio anthera a Graecis appellata, optima ad uvam desiccandam et ad omnia quae in ore nascuntur. recipit croci murrae crocomagmatis aluminis scissi gallarum rosae floris omnium specierum sex drachmas singulas, sandaracae iris illyricae cyperi omnium trium drachmas binas. tundes cernes et teres diligenter, et uteris aliquando sicco aliquando admixto melle.

## XXXVI. Ad ulcerationem faucium.

Ulceratio faucium si cum febre acuta in aegritudine contigerit, pessima et exitialis ostenditur, maxime si
p. 188 grandis | et scara fuerit nata. est iterum alia ulceratio praeter febrem acutam, quae inter acra oris spatia efficitur alba vel nigra aut certe cinericio colore fuscata, quam tefroden vocant. et appellatur a Graecis consuete aptha, quam nos oris coctionem dicimus. et est deterior vel mortifera in infantibus brevissimis lactantibus ob teneritudinem aetatis illa quae fuerit alba in similitudinem

1 anthera *g* (āt'ra *c*, āthe$^{ro}$ra $p^{c}$). *cf. Gal. XIII, 839* (*ex Andromacho*). *eandem antheran* „quae omnibus nota est" *habent Theod. Prisc. 1, 15 p. 16 et ex Sorano Galenus XII, 957.* 4 omnium specierum sex dragmas (VI dıcıt˜ *pro* dr̄ *ut saepius c*) singulas *gc*: an̄ . ʒ . I. *p*. 5 irisiliricae *g*, ıns̄ (*om.* ill.) *c*, yrisill' *p*. cy(i)peri *g*(*c*): quiperi (qpı) *p*. omnium trium drag̅ (dr̄ *c*) binas *gc*: an̄. ʒ II. *p*. 6 tundes. cernes. et teres diligenter et uteris *g*: tundes et cernes et uteris *c*, teres et cernes et uteris *p*. 7 sicco: ξηρῷ *Sor. ap. Gal.* admixto (d *in ras.* $g^{c}$) *g*. 8 *rubr. mai.* (*quasi novi capituli*) *in g* De ulceratione faucium, *sine rubr. p*, Ad ulcera faucium 36 *c* (Ad ulcerationem f. *ind. p*, *om. ind. c*). 10 exic(t *p*)ialis *gp*: exiciabilis *c*. 11 et (&) scara *gp* (*et supra* $g^{c}$ i. coadunatio): ex scara *c* (cum scara *Petr. cf. infra p. 79, 4*). nata est. Iterum *gp* (*sine interp. c*). 12 inter acra: inhacra *g*, intra | *c*, in interiora *p*. 14 tefrode (teſrode *c*) *gcp*. consuete a grecis *cp*. apthes *g*, abthes *c*, aptes *p*. 15 et est *g*: ut est *c*, et *p*. 16 brevissimis *gc*: parvulis *p*. teneritudinem *gc*: teneritatem *p*.



granorum minutorum siliginis, maxime si et caput linguae obtinuerit.

in curationibus vero si grandis fuerit ut supra diximus faucium ulceratio cum scara, ut etiam cum rubore sub mento in gutturis parte ostendatur, quam antereona vocant, et si fuerit is qui curabitur aetate perfectus, flebotomiam adhibere oportet ita ut secundam detractionem facias, quam epaferesin vocant. et si ventrem non fecerit acriori clystere deducendus erit, in infantibus vero balano uteris. dehinc ipsis locis patientibus dia chartu medicamentum admixto modico melle inlines. et sinendum ut sibi saniando scarae cadant, ne abstractione violenti emeatus emorroidis sequatur.

alia confectio oralis, quam Graeci stomaticen vocant, faciens ad putredines et scaras. caninum fimum album colliges et siccabis. fit autem hoc, si ossa bubula sola ante diem vel biduum canes manducantes custodias. ipsum

1 granorum minutorum *c*: grandiarum minutiarum *g*, grandium (*Petr.*) minutarum *p*. filiginis (*sic*) *g*. *post* siliginis *add. p*: quod germatum (*sic ante corr.* gremiatum $p^{c}$) dicimus. 3 fuerit — diximus *om. p*. 4 ulceratio uſchararet etiam c. r. *c*. c. r. sub mentom (*sic*) gutturis partes ostendat *g*, c. r. sub mentum (m̄tū) in gutturis partes ostendatur *c*, (ut etiam) ruborem sub mento in g. partes ostendat *p*. 5 quam *g*: quas *cp*. 6 is *g*; his *cp*. 8 epaferesin *g*, apoforasim *c*, e̊pafarasin *p*. 9 acriori (*sic*) *gcp*. balanu (*sic*) *g*, —no *c*: balneo *p*. dia cartum *g*, —to *p*, dicatarum *c*. 11 āmixto *g* (amixto *p*), adm. *c*. in(l $g^{c}c$)linis *gp*(*c*). 12 saniando *gp*: sanando *c*. abtractione violentię metus. emamorroidę (*sic*, *et supra* $g^{c}$ ema sanguis dr̄) *g*, abstractione violentie meatus hemoroide *c*, adtractione violenti humoris metus emõ|ıd' *p*. 13 sequantur *c*. 14 quam greci *om. g* (greci *om. p*). stomaticen (—cē *p*) *gp*, stomatiche *c*. *haec Musae primi fuit sec. Gal. XII, 955. 956.* 16 colliges *c*: —gis *gp*. hoc *gp*: hec *c*. bubula *c*, —le *g*: bubulina *p*. 17 ante — custodias *g et* (*ubi* carnes) *c*: ante diem comedet (—derit $p^{c}$) et custoditus fuerit *p*.

vero fimum combures et exinde mittes dr̄ II, croci et costi dr̄ singulas, mellis quod suffecerit.

levissimae autem ulcerationi sufficit, si et antheran cum melle inlinies. sin vero aptha fuerit in ore id est oris coctio, lac asininum singulariter aut certe caprinum admixto modico passo frequenter dabis coluendum, et magis si nigra fuerit aptha. sed si forte nimis sordida cum putredine apparuerit, ervi pollinibus tenuissimis admixto melle deterges ex leptospathio ferramento licinio involuto, et postquam deterseris, vinum tepefactum coluendum dabis, in quo ante fuerit decocta rosa sicca et murta sicca et olivae folia viridia. post haec medicamentum siccum appones, cuius medicamenti confectio talis est. facit enim ad universas apthas nigras et albas et ad uni-
*p. 189* versa quae | in ore nascuntur. accipit autem balaustii et corticis de granata sicca dr̄ octonas, gallarum et folii optimi dr̄ quaternas, aluminis scissi et mastices dr̄ singulas. quae sunt tundenda tundes et quae terenda terun-

1 vero *g*: ergo (go *c*, g̊ *p*) *cp*. mittes *c*: —tis *gp*. drag̅ (dr̄ *c*) . II . *gc*: ʒ. II. *p*. 2 drag̅ (dr̄ *c*) singulas *gc*: an̄ ʒ . I . *p*. sufficerit *g*, suffic̄ *c*. 3 ulcerationis *g*. anthera *cp*, antera *g* (*et supra g*ᶜ i. sauina brateus). *cf. ad p.* 77, 8. 4 inlinies *g*: illinire *c et* (*om.* si et) *p*. sin *gc*: si *p*. asthes *g*, anthes *c*, athes *p*. 6 ammixto *g*, amixto *cp*. 7 asthes *g*, apthes *cp*. 8 ervi: herbi *gcp*. ammixto *gc*. 9 ex lecto spatio ferraliciniū involuto *g*, ex lepto spacio feramento liniciū inv. *c*, ex lepto spatō ferramento licinio inv. *p*. 11 et mirta sicca *p*, & murta sicca *g*ᶜ: *om. gc*. 12 viridis *g*, —da *c* (oliva florida viridis *c*). 14 asthes *g*, apthes *cp*. 15 Accipit autem *g*: ℞ autem *c*, ℞ *p*. balaustium (*supra g*ᶜ C. folia) *g*, balaustie *cp*. et *om. cp*. 16 cortice de granata sicca *g*, corticis granati sicci *c*, cortic̄ granao♃ *p*. drag̅ (dr̄ *c*) octenas *gc*: an̄ ʒ . VIII. *p*. gallarum: *supra g*ᶜ ſaluncd. 17 drag̅ (dr̄ *c*) quaternas *gc*: an̄ ʒ. IIII. *p*. masticis *g*, —c̄ *cp*. drag̅ (dr̄ *c*) singulas *gc*: an̄ ʒ. I. *p*. 18 quae — reservantur (q. tundenda sunt tundis . . . teres . . . in vino . . . reservatur etc. *sic c*) *gc*: tunde et tenuissime cerne et in vino commixta usui reservetur *p*.



tur, et sic tenuissime creta et in uno commixta usui reservantur.

## XXXVII. Ad synanchicos.

Synanchica igitur passio nomen accepit ab eo quod nimio tumore summitatis gulae vel faucium sive locorum quibus nutrimenta transvorantur, interius atque exterius, cum difficultate transvorandi praefocationem faciat acutam et iugiter spirationem patientibus neget — nam Graeci continuam vel iugem syneci appellant, et similiter ut laqueo strangulatos interficiat laborantes, cuius laquei suspendia Graeci anchonas vocant, unde iterum synanchica passio nominatur. et sunt differentiae passionis duae. una est quae cum ingenti tumore supra dictorum locorum visibus manifestatur, alia vero quae sine ullo tumore efficitur, sensibus cognoscitur tantum cum minime et difficulter transvorare coeperint aegrotantes. ipsam denique veteres passionem peiorem atque noxiam adseverant, siquidem ad pulmonem faciat decursum et tertia vel quarta die praefocationis ingerat necem. contingit autem medio aetatis tempore corporibus frequenti catarro temptatis, item ex vinolentia vel nivatis potionibus aut si quis post perfrictionem conceptam derepente calidis nimis usus fuerit lavacris.

3 De sinancicis *g*, Ad sinanticos caᵐ 37 *c* (Ad sinanchicos *ind. p*), De disinteria *sic p* (sinantica *ad v. 4 p*ᶜ *in marg.*). 4 igitur *g*: autem *c*, *om. p*. 5 nimium tumores *g*, nimio tumore *c*, cum n. t. *p*. faucium locorum. sive (sine *c*) quibus *gc*, faucium vel locorum quibus *p*. 7 facit (fac̄ *c*) *gc*, faciāt *p*. 8 iugiter sp. *cp*: iugiter sive continuam sp. *g*. 9 sinecim *gp*, sinetis *c*. laqueos transgulatos *g*, laqueos stranguilatos *c*. 10 interficiat *c*: —cit *gp*. 11 anconas *gc*, anthonas *p*. iterum *gc*: *om. p*. sinancica *gp*, —thica *c*. 14 s. tantum cognoscitur *cp*. 18 faciat *g*: fac̄ *cp*. III. vel. IIII. *cp*. 19 inferat *c*. 20 catarru *g*, cataro *c*. temtatis *g* (tentatis *c*). violentia *gcp*. 21 perfrictionem (i. dol. *supra g*ᶜ) *g*: perfricationem *p*, frigicōnem *c*. 22 derepenti *gp*ᶜ, —te *g*ᶜ*c* (—ta *ante corr. p*). calido . . . lavacro *c* (lavacra *p*).

curationis autem tempore oportet in principio, si una pars faucium tumuerit, ex ipsa parte, quod Graeci catixin vocant, in brachio flebotomare et sufficientem sanguinem detrahere. sin vero in utrasque partes faucium uberior se tumor infuderit cum rubore igni sacro simulante, quod Graeci erysipelatodes vocant, in ambobus brachiis venas incides, si nimis plenae apparuerint, quo
p. 190 possit proximis | locis sanguinis detractione facta relaxatio tumentibus ministrari partibus. sin vero senilis aetas aut infantilis aetas, quod equidem rarius in ipsa infantili aetate contingit, flebotomi usum prohibuerit, a tergo inter scapulas circa spondyli locum cucurbitam conglutinabis et addita scarifatione competentem sanguinem detrahes. et si ventrem non fecerit, acriori clystere deducendus erit. dabis etiam et mulsam gargarizandam ex decoctione puleii confectam vel illud quod dia pityrou vocant id est ex cantabro, cuius confectionem superius ad tumores faucium scripsimus.

diachrisma, hoc est inlinimentum, quod appellant dia ton chelidonon, id est ex hirundinibus, faciens ad synanchen et ad universos tumores faucium, et sordida ulcera in ore bene depurgat. recipit autem hirundinum

2 quod *p*: quam *gc*. 3 cat ixin (*καθ' ἶξιν* vel *κατ' ἶξιν* *Gal.* XI, 92): atexin *gp*, antearin *c* (cubiti venam *Aetius 8, 47*). 4 Sin *g*: si *cp*. 4 faucium partes (utraque f. parte *p*) *cp*. 5 igni acro *g*, ignis aquā *c*, igne (*sic*) sacrum *p*. 6 herisipelatodes *g*, erisipi(pa *c*)latodes *cp*. 8 possint *gc* (—sit *p*). 9 t. partibus ministrari *cp*. Sin *gc*: Si *p*. 1 etas (*alterum, ut mox* etate) *om. p* (*non gc*). equidem *g*: quidem *cp*. 12 spondilocum *ante corr. g* (spondili l. $g^c$c, spondiliorum loca *p*). 13 scarificatione *cp*. 15 gargari-(garari *g*)zandum (*sic*) *gc*, ad gargarizandum *p*. 16 diapitiron *gc* (diapeīdıō *ante corr. p*, diapitiricō $p^c$). 19 Diaclisma *g*, Diadisma *c*, Diaclima *p*. hoc est inl. (illimentum *p*) *om. c*. 20 diaton(to *p*) cae(ce— *cp*)lidonon *gcp*. *cf. Gal. XII, 359 et Asclepiad. ap. Gal. XII, 942.* 21 sy(i *p*)nances *gp* (asmances *c*). faucium tumores *cp*. 22 ℞ (*om.* autem) *cp*.



agrestium exustarum ℒ I, croci dr̄ II, spicae indicae et murrae dr̄ singulas, mellis despumati partes duas, passi cretici partem unam. oportet autem pullos hirundinum parvo sale aspergere et in olla fictili crudos mittere et sic opertos exurere.

etiam et penicillos calida aqua expressos ori patientis et naribus alterna mutatione oportet iugiter applicare, cum admonitione ut ad semet ipsum aegrotus spiritum vaporis rapiat, quo possint interiora membra a Graecis moria appellata relaxationis medelam percipere. et sub mento gutturis partes, quas Graeci antereona vocant, tribus seminibus in aqua mulsa concoctis cataplasmabis, id est ex faeni graeci polline et tritici et lini semine. dehinc et cerotarium confectum visceribus vel ventri appones. recipit autem ceram et butyrum et adipem taurinum, vel porcinum si taurinum non inveneris, omnium trium paria pondera, et galbani quod suffecerit. conficies et uteris.

## XXXVIII. Ad tetanicos.

Tetanica passio tres distantias cum vocabulis suis habere manifestatur. ex quibus una dicitur tetanos, alia emprosthotonos, tertia vero opisthotonos. et est tetanos, quam primam diximus, secundum cervicem rectam atque

1 ℒ *g*, dr̄ *c*, ʒ *p*. croci drag̅ *g*: c͡c dr̄ (ʒ *p*) *cp*. 2 mirrae (*i. e.* mirrae *g* = *cp*, vel murrae $g^c$). drag̅ (dr̄ *c*) singulas *gc*: an̄ ʒ . I. *p*. duas . . . unam *gc*: II . . . I *p*. 3 autem *c*: *om. gp*. 4 in olla fictili (fitili *p*) *gp*: olla fictilia (*om.* in) *c*. 8 ammoni(amoni— *cp*)tione *g*. eger *cp*. 11 mento *gp*: mentum *c*. anthereona *p*, inte͡onā *c*. 13 ex *gp*: *om. c*. foeni *g* (fenu *c*, fen̄ *p*). seminis *gcp*. *cf. p. 74, 6.* 15 ℞ *cp*. cere . . . butiri *c* (*sed mox idem* adipem). 16 omnium (om̅i *c*) *cp*: omnia (om̅a) *g*. 17 galbani quod *cp*: quod galbani *g*. sufficit *g* (—c̄ *cp*). conficis (—c̄ *p*) *gcp*. 20 vocabulis suis *g*: suis vocabulis *cp*. 21 manifestatur: manifestum est *gcp* (*cf. p. ad 39*). 22 emprostotonos . . . opistotonos *gcp* (*item infra*).

p. 191 inflexibilem nervorum et musculorum tensio cum ingenti | dolore. emprosthotonos autem in anteriore parte musculorum cervicis et nervorum efficitur contractio, ut etiam mentum fixum pectori videatur, cum ingenti dolore. opisthotonos autem ad posteriorem partem musculorum et nervorum cervicis, quos tenontas vocant, efficitur contractio cum vehementi dolore. contingit frequenter ex antecedenti nimia perfrictione, quotiens plus frigoris quam possit natura corporis ferre, sustinuerint laborantes, et dorsalis medulla perfrixerit, quam Graeci noticon myelon vocant. nam Hippocrates in aforismis sic ait, omne frigidum dorsali medullae et nervis esse hostile sive inimicum, quod autem calidum amicum.

in curationibus vero oportet omnes in brachio flebotomare ob nimietatem doloris vel relaxationis faciendae causa, maxime si et plethoricum corpus habuerint aegrotantes, quod nos latino sermone abundabile dicimus sive multitudine suci plenum. post haec chalastico lysiponio uteris. et conficitur sic. resinae terebintinae, ysopi attici suci, cerae albae, omnium trium uncias quaternas, galbani et opopanacis uncias singulas, olei veteris Ꝣ III. diligenter conficies. si forte durior fuerit, cyprino oleo

2 emprostotonos — (7) dolore *om. c.* in anteriore (—ri *p*) parte *gp.* 6 tenontas (*cf. Simon Jan. s. v.*): tetanos *gcp.* 7 Contigit *g.* 8 perfricatione *p.* quam *c*: quod *g*, quam quod *p.* 9 possit *c*: potest *g*, p̄t *p.* sub(sb')stinuerint *cp.* 10 nauticon mielon *g*, noti cõmelon *c*, n̄ 9myelō *p* (*sed supra* noticon *p*ᶜ). 11 ypocrates *gp* (iposcus *c*). *vid. Hipp. III, 741 Lips.* aforismis *gc* (āphoris *p*). ait . . . esse . . . inimicum testatur *c.* 13 quod — amicum *om. c.* 16 causam (*sic*) *g.* plectoricum *gcp.* 17 abundabile: habile *gp* (*Petr.*), decabilē *c.* 18 çalastico lisiponio *g*, c. hysopomo *c*, calasticl'ıs opōı° *p.* 20 caere *g*, cere *c*, c̈c *p.* omnium — (uncias *g*, ⁷⁄₊ *c*) quaternas *gc*: an̄. ʒ (÷ *p*ᶜ) IIII. *p.* 21 opopanacis. ÷ unc̄ (*sic*) singulas *g* (⁷⁄₊ s. *c*). Ꝣ (*sic*) III *g*, ⁷⁄₊ tres. *c.* 22 conficis . . . resolves . . . moves *gcp.* ciprino *cp*, caprino *g.*



molli pruna resolves et movebis donec coaguletur. tunc manu calefacta perungues, et post perunctionem molli lana tutabis loca et fasciabis. sed oportet primo loca dolentia simul cum spina sacculo calido vaporare ex cantabro vel tritici farina confecto et sudorem excitatum tenui et calefacto linteolo detergere, et sic supra dicto medicamento perunguere. dandum etiam in potione et castoreum rutae foliis admixtum aut opopanacis obolis duobus id est scripulo uno, vel ceteris potionibus ex castoreo confectis diurnis diebus uti oportet. declinationis tempore etiam et cerotarium ex diaquilon confectum appones. et conficitur sic. cerae, adipis porcini sine sale, diaquilon medicamenti, omnium trium paria pondera in uno consolves lento vapore, et ab igne | tolles et movebis donec coaguletur. dehinc rades et uteris. || p. 192

## XXXVIIII. Ad emoptyicos. (p. 172)

Emoptyicos Latini sanguinem spuentes appellant. quos autem in passione constitutos, si forte ex respiratorio interaneorum membro, quod Graeci anapneusticon morion vocant, sanguinis fuerit fluor, sequitur tussicula vehe-

1 pruna *g* (ad prunas *Petr.*): prima *cp.* coagoletur *gcp.* 3 tutabis *gc*: tubabis *p.* 5 sudore excitato *c.* 6 calido (*marg.* 1 å calefc̄ō) *p.* detergere *gp*: exsticare (*i. e.* exsiccare) *c.* 8 o(a *cp*)popanacis: *sic gcp.* obolos duos *g*, obol' II *c*, obuli duo *p.* 9 id est *g*: vel *c*, et *p.* scr̄p *g*, scrīp *c*, ∍ *p.* uno (*sic*): unum *g*, I *cp.* ceteris potionibus . . . confectis *p*: ceteras potiones . . . confectas *gc.* 10 diurnis *gc*: diuturnis *p* (*Petr.*). 11 et *om. cp.* diaquilon *g*: diachilon *c*, diaclilon *p* (*item infra*). 12 caere *g*, cete *c*, c̈ē *p.* adipidis (*sic*) *g.* 13 omnium trium *om. p.* 14 uno (*sic*) *gcp.* moves *gcp.* 15 coagoletur *gcp.* rades: trades *c.* 15 *seq.* Ad asmaticos *in g.* 16 Cap̄ III ad emoptoicos *g*, Ad emoptoicos nº (*i. e.* nota) 39 *c*, Ad eos qui spuunt sanguinem *p* (ad emotoycos *ind. p*). 17 Emoptoicos *gc*, Emotoicos *p.* quos autem *gc*: hac vero *p* (*qui mox* constitutis *pro* —tos *gc*). 19 intraneorum membrani *c*, interiorum membrorum *p.* quod (q) *c*: quę *g(p)*. 20 sequitur: Sq *g.*

mens, aliquando parva, cum sanguinis supernae educationis reiactatione, quam Graeci ematos anagogen vocant. *sin vero ex faucibus et uva contigerit, praeter tussicúlam* sicut ex ore cum excreatione despuitur. et secundum colorem vel substantiam supra dictus sanguis ostenditur locis ex quibus feratur. quod si fuerit nigellus cum mediocri quantitate, ex minutis venis significatur. si vero flavus fuerit et cum ingenti impetu et abundans fuerit, exclusus ex arteriis venis esse manifestatur. si vero nigellus fuerit et veluti glebosus, quem Graeci thrombumenon vocant, cum modico dolore, de thoracis parte ferri ostenditur. si autem sine ullo dolore cum ingenti tussicula et anhelitu rubens et tenuis scatens et spumosus sanguis fuerit emissus, manifestissime de pulmone ferri cognoscitur. aliquibus vero, si forte aetate iuvenes fuerint patientes, etiam malarum modicus rubor in vultu ostenditur. et sicut Galenus in diagnostice ait, ex stomacho
p. 173 vero et ventre si fuerit, evomitur, si ex renibus | et vesica, mingitur, si ex intestinis, egeritur. et sunt differentiae fluoris sanguinis numero quattuor quibus fieri solet. aliquando secundum disruptionem venarum efficitur, aliquando secundum esudationem ipsarum venarum, ali-

1 supernę ducationis *g*, superne ductionis *c*, superne eductionis *p*. 2 ematos *g*: amathos *c*, cinatos *p*. 3 Sin *gc*: Si *p*. 4 despuitur *g*: dispuitur *p*, disponitur *c*. 6 locis ex quibus *g*: locus quibus *c*, ex quibus locis *p*. quod si — (9) manifestatur *gp*: *om. c*. 9 venis *om. p* (*ubi* fuerit. ex arteriis esse manifestum est). 10 globosus *male p*. tombumenon *(sic) g*: tronitenon *c*, trūbumeū *p*. 11 parte *g*: partes *c*, partibus *p*. 16 malarum *cp*: melarum *g* (*sed* e *in ras. scr. g*[c]). 17 gallienus *g*, galienus *cp (in diagnostice h. e. in libris περὶ τῶν πεπονθότων τόπων VIII, 264. cf. 261 Lips.)*. 18 et *cp*: ex *g*. si fuerit *c*: *om. g* (*in p sic*: Si ex st. et ventre fuerit). vesica est (ē) m. *c*. 20 quatuor *c*, IIII. *gp*. *negat esse Galenus VII, 234. cf. 79. X, 311.* 21 al. enim *add. p*. diruptionem *c*. 22 effudatıonē *g*: resudationem *c*, desudationem *p*.



quando secundum osculationem, quam Graeci anastomosin vocant, siquidem perforatione facta veluti ex orificio sanguinem emittant, aliquando secundum putredinem. et contingit frequentius ex percussu aut nimia exclamatione aut ingentis altitudinis casu aut ulceratione facta aut colligatione gutturis violenter ingesta aut nimia plenitudine sanguinis.

curationis vero tempore si ex plenitudine sanguinis vena fuerit rupta, et ipse qui patitur naturam sive temperantiam corporis, quam Graeci crasin appellant, calidam habuerit, quam Galenus libris peri craseon appellatis, in quibus de temperantia corporis scribit, hoc modo intellegi docuit. ait enim ex Hippocratis sententia corpora quae vastiores venas habuerint calidioris esse naturae et quae angustiores frigidioris. ergo calidum corpus si signis supra memoratis aegrotus ostenderit, in brachio flebotomandus erit. sic enim poterit vena extrinsecus relevata adhibitis potionibus colleticis intrinsecus conglutinari. apponendum etiam et dia iteon emplastrum aut finicine Galeni quam dia chalciteos dicit, aut certe illa quae a Graecis ebarbaros appellatur in duabus alutis inducta, una in pectore et lateribus et altera a tergo inter scapulas, quod metafrenon dicunt. dehinc refectionem dabis panem posca frigida infusum. aut oryzam elixatam cum modico

1 osculationem *g*: obsculationem *p*, ulcerationem *c*. anastomasin *gcp*. 3 et contingit *etc. cf. Gal. VII, 232.* 4 percussu *gc*: —sura *p*. 11 gallienus *g*, galienus *cp (item mox v. 20)*. 13 ait *sc. t. I, 605 Lips.* ypocratis *gcp*. 14 calidiores e. naturæ *g* (calidioris e. nature *p*). 15 si *g*: *hic om. cp* (Ergo si calidum *etc. p*, Ergo calidum ... egrotum si se ost. *c*). 17 relevata *ego (cf. Gal. X, 314. 316. 328)*: repleta *gcp*. 18 collecticiis *g*, —tivis *c*, —tis[oriis] (*sic*) *p*[c] (*i. e. κολλητικαῖς*). *cf. infra.* 19 diaitheon *g* (diatheon *c*, diachiteon *p*). finicenę(e) *g(p)*, fenicene *c* (*ἣν φοινικίνην ὀνομάζω Gal. XIII, 375. cf. X, 405*). 20 dia calcitheos *g* (—teos *p*, diachiteos *c*). 21 ebarbaros *g*, ebarbores *c*, ⁊ (et) barbaros *p* (*ἡ βάρβαρος v. Gal. XIII, 551 sqq.*). 23 quam *g(cp)*. 24 orizem lixatam (*sic*) *g*.

aceto dabis frigidam. hieme vero tepidam cum vino styptico dabis, et cetera quae similiter constringere vel conglutinare possint.

etiam et potiones aptissimas dabis quae valeant venas conglutinare, ut est polygoni herbae radicis: decoques in aqua usque ad tertiam partem et addes cummi diligenter tritum sufficienti modo, et potui dabis hieme tepidum aestate frigidum. aliud. pumicem leviorem aut run syria- *p. 174* cum in vino | austero decoques in cacabo novo et exinde ieiunis potionem unam et alteram ad vesperam dabis, similiter aestate frigidam hieme tepidam. aliud. gesaster et amylum cum posca propinantur. aliud. ptisana cum adipe caprino recente. ⟨aliud⟩ symfyti herbae radicis siccae partes duas, gesasteros et amyli partes singulas: dabis coclearium unum cum aqua frigida, hieme tepida. aliud picis siccae partes duas, specularis assati partem unam teres et exinde ieiuno dabis coclearium unum sive hieme sive aestate cum posca frigida. aliud. diasfongon ad narium sanguinis fluxum similiter scriptum superius

1 vino stiptico *cp*: stiptico ⟨vino *add. corr. inter lin.*⟩ *g*. 3 possunt *ante corr. g*. 5 ut est (ē) *gc*, ut sunt (s̄) *p*. *cf. Petr. p. 226, 22.* poligonis (*supra* $g^c$ ıđ corrigiolae) herbae radices *g* (poligomi her̄ radix *c*, poligoīe herbe radicis *p*). *eandem potionem habet Ps. Gal. XIV, 365 (eupor.).* 6 cummi: cuminum *g*, ciminum *p*, —ni *c*. 7 sufficientem modum *c*. 8 pomıcem (v *supra* o) *g*. ros sy(i)riacum *gcp*. 11 frigidum . . . tepidum *gcp*. Gesastere *g* (*supra* uuormo $g^c$), gesastera *cp*, —terea $p^c$. 12 amilum: *supra* similago $g^c$. propinantur *c*: —natur *gp*. 13 aliud: et *gcp*. *cf. mox.* simfiti (—fisti *c*) *gcp*, simphiti $p^c$. radices *ante corr. g*. *haec ita distinxit p*: Ptisana c. ad. c. et simphiti h. rad'. contrita cōmedenda datur. Al'. simphiti herbe rad' sicce partes II *etc. cf. Petr. p. 226.* 14 gesasteros *gcp*, —astereos $p^c$ (*ut supra*). 15 cum — (17) cocl. unum *om. c*. 16 specular assati *gp* (*et supra* $g^c$ spat). *de lapide speculari cf. Gal. XIII, 663.* 18 diafrigon *g*, dia sfongon *c*, diafrōgō *p*. 19 similiter *post* superius *cp*.



dabis. aliud. cummi in ore retentum et cum paulatim defluxerit transvoratum sanguinem abstinet. aliud. bulbi aut cocleae elixae cum modico aceto comestae mirifice operantur. habent enim colleticam virtutem id est glutinatoriam.

aliud. emoptyicis trociscos [dabis] dielectru id est ex sucino cum decoctione myrtae aut rosae siccae aut *plantaginis suco admixta posca potui dabis. sin vero cum* ingenti tussicula fuerit sanguinis emissio, vespertino tempore trociscum trigonum cum posca dabis, et sanabis.

trociscus dia symphytu faciens ad sanguinis supernae educationis reiactationem, quam Graeci ematos anagogen vocant. recipit autem gesasteros, balaustii, cummi, hypoquistidis suci dr̄ quaternas, turis masculi dr̄ octo, lemnias sfragitidos et symphyti herbae radicis siccae dr̄ duodenas. plantaginis suco colligitur, et trocisci informantur drachmarum singularum. ex quibus unum dabis cum decoctione rosae ac myrtae siccae aut plantaginis suco cum posca. | *p. 175*

1 cuminum *g*, cominum *c*, ciminum *p*. retentum *cp*: recens *g*. 2 abstinet *gc*: retinet *p*. bulbos (bullos *g*, bulbos *cp*, *sed* b *ex corr. p*) . . . cocleas elixas . . . comestas *gcp* (*sed ita p ut pro* operantur *scripserit* ſn̄tıes). 4 operantur — (7) mirtae *om. c*. collecticam *gp* (—ṭịcā $p^c$). 6 Emoptoicis *gp*. dabis *g*: *om. p* (*cf. v. 8 et 17*). dialectrum *g*, dialectos *p*. id est *om. gp*. 7 mirtae *g*, m̊re (mirre) *p*. 8 sucū *c*. 10 trigonum (trigonium *c*): *cf. Gal. XIII, 93.* 11 diasimphitum *g* (diasinfitus *c*, simphitus *p*). supernẹ educationis *g*: superne eductionis *cp*. 12 cinatos *c* (*ut supra*). 13 ℞ (*om.* autem) *cp*. Gesasteros *gc* (gesastereos *p*). balaustinum *g* (balaustice *c*, —tii *p*). cuminum *g*, cimini *cp*. hypoquistidis *g*, ipoquistidis *c*, ypoquistidos *p*. 14 suci *cp*: sucum *g*. dr̄. (ʒ *c*) quaternas *gc*: an̄. ʒ . IIII. *p*. dr̄. occto (*sic*) *g*, dr̄. VIII *c*, ʒ VIII *p*. lemnias *g* (leminas *c*, lempnias *p*). 15 frangitidos *g*, fragiditos *c*, fragi(ti)dos $p^c$. simphiti *gp*, simfici *c*. an̄. ʒ. XII *p*. 16 cum (pl. suco) *add. p* (*non gc*). 17 dragmarum *gp*, dr̄ *c*. 18 myrrtae (*sic*) *g*: mirre *c*, mirte (m̊te) *p*. suco *cp*, sucum *g*.

aliud. anagargarisma ischemon appellatum id est retinens sanguinem, si forte de faucibus aut uva contigerit. rosam siccam, senticem viridem, myrtam nigellam siccam, gallas omfacitidas leviter quassatas, simul omnia decoques in posca et dabis gargarizandum, aestate frigidum hiberno tepidum. ||

(p. 170) XL. Ad pthisicos.

Est autem pthisica passio ulceratio pulmonis et thoracis cum defluxione corporis. sed illam veteres peiorem atque insanabilem dicunt quae fuerit pulmonis et secundum aetatem iuvenibus magis quam senibus creatam, siquidem iuvenilis aetas sui fervorem erigens in tumorem putrefaciat et sordidet ulcera supra dicta. efficitur ex antecedenti sanguinis reiactatione, quam Graeci ematos anagogen dicunt, aut per longam tussiculam reumatizato pulmone aut thorace, aut interna collectione quam empyema dicunt, cum forte sursum eruperit et minime per inferiores partes fuerit desiccata. sequitur autem laborantes totius corporis defluxio vel cum nimia macie virium consumptio, febricula tenuis aliquando iugis aliquando intercapedinata, quam Graeci dialiponta vocant, tussicula etiam et flegmatis reiactatio. dehinc peiorante passione putidum et
p 171 puru|lentum supra dictum flegma excluditur. capilli etiam

1 schemon *gc*, chesmon *p*. 3 senticen viridis *g*, siticē viridē *c*, sītice viridis *p*. myrta (miratā *c*, m̊rā *p*) nigella sicca *gc* (—am *p*). 5 hiberno *g* (*sed* hyeme *p*, yeme *c*, *ut supra semper in hoc cap.*). 7 Ad ptisicos. II. cap. *g*, Ad ptisicos 40 *c* (*sine rubr. p*, *sed ind. p* Ad ptisicos). 8 ptisica *gcp*. 9 veteres: veterem *gcp* (*pro* veteres *fort. quod iterum sequitur*). 10 ins. dicunt: ins. veteres dicunt *gcp*. 11 creatam *g*: creata *c*, nata *p*. 14 amatos *c*. 15 anagoges *gp*, —gē *c*. reumatidiato *gc*, reumatizante *p*. 16 empiema *gc*, empuma *p*. 17 sursum *c*: rursum *g*, *om. p*. 18 Sq *g* (*ut supra*). 19 cū nimia matie *c*: nimia macies (*om.* cum) *gp*. 20 intercapedinata *g*, inter capinata *c*, interpolata *p*. 22 putidum *gc*: putridum *p*.



capitis defluunt et si in pulmone fuerit ulceratio malarum rubor in vultu ostenditur, et digitorum capita robusta efficiuntur cum obuncatione unguium, quam Graeci gryposin vocant.

in curationibus vero oportet in principio adhibere quae valeant sordida ulcera depurgare et ipsorum locorum patientium tumorem mitigare. hoc est faenum graecum coques eodem modo quo superius ad tussiculam aridam conscripsimus, et cum modico melle despumato dabis ieiunis et ad vesperam. sed si plus eundem sucum operari volueris, in secunda aqua addes irin illyricam et ysopi cymam sufficiente modo, et admixto modico melle similiter dabis. aliqui vero pro melle caricas pingues supra dictis speciebus adiungunt et in uno coquunt.

alia potio diorobu appellata id est de ervo. et conficitur sic. ervum rubrum pridie aqua infundes, alia vero die testa ignita torrefacies moderate ut non ardeat, et diligenter siccabis et moles manuali mola, nam Graeci chiromylon vocant, et ipsum pollinem tenui cribello traicies, et ex ipso pulvere dabis coclearium unum cum mulsa calida ieiunis et ad vesperam. aliquando vero in tribus partibus pollinis adduntur ysopi et iris illyricae partes singulae, et similiter ut supra datur.

1 melarum *g* (*ut supra*). 3 obuncatione $g^c$*p*, obunctione *ante corr. g*, mitacione *c*. griposim (—sī *p*) *gp*, possunt (*sic*) *c*. 6 valeant *cp*, valent *g*. 7 hoc est (*sic*) *gc*, i. (id est) *p*. foenum *g* (feñ *p*, fenu *c*). 11 irisi liricam *g*, ırıſill'ıcā *p*, ınſıllıarıcam *c* (*id est* irisilliricam *gcp*). i(y *p*)sopi comam *gcp*. 12 sufficiente modo *g*, sufficientem modum *cp*. 15 diorobum *g*, dıārobo *c*, diorubū *p*. i. de erbo *c*: id est herbum *g* (*supra* $g^c$ genus leguminis), i. h'bū *p*. 16 herbum *g*, heř *cp*. rubrum: *cf. Gal. XIII, 846* ὀρόβων κιρρῶν. infundis *gc* (—des *p*). 17 torrefacis *gcp*. 18 Nam *g*: quod (q͛) *c*, quam *p*. 19 chy(i *cp*)romilon *gcp*. tenui cribellata (cribello *c*) trahicis (traicis *c*) *gc*: subtiliter cribas (*sic*) *p*. 20 cocl'r. I. *c*, cocl'ar. I. p. 22 additur . . . partes singulas (—le *c*) *gc* (adduntur . . . p. singule *p*). ysopi. et illiricę *g*, ıp̄ı ī ıllırıce *c* (ysopi et yrisill' *p*). 23 datur *gc*: dantur *p*.

aliud diorobu electuarium. murrae croci dr̄ singulas, amygdali amari ÷ I, ervi rubri pollinis ÷ V, mellis despumati quod suffecerit.

aliud pthisicis et maxime de thorace. butyri recentis partes duas, mellis despumati partem unam in uno commiscebis et exinde dabis coclearium unum ieiunis.

aliud pthisicis conveniens. lac asininum seu caprinum vel ovillum tepefactum cum modico melle ieiunis potui dabis. et cum simila liquidius coctum in pulmento dabis. aut ptisanae cum capitibus porrorum vel butyro concoctum similiter dabis. aliquando admiscebis et modicum mellis et sic dabis.

aliud. agnina vel haedina capita, vel pedes quos appellant cephalopodas et ipsa corda concocta et comesta mirifice operantur. vires enim depositas plurimum erigunt.

aliud ad tussiculam medicamentum quod appellant dia prassiu, id est ex marrubio, pthisicis conveniens. et conficitur sic. marrubii herbae viridis et ysopi et puleii sicci, omnium trium ÷ binas, iris illyricae ÷ I, stro-
p. 172 bilos virides II, aquae sextarios sex, | mellis sextarium I, passi dimidium sextarium, caricas pingues numero quin-

1 dio(a *c*)robum *gcp*. Mirrae *g*, mire *c*, mre *p*. croci *g*, cere (*sic*) *c*, c̄c̄ *p*. dr̄g (dicit̃ *c*) singulas *gc*: an̄. ℨ. I. *p*. 2 amigdale amare dr̄. I *c*, amigdal. ama. ÷ I. *p*. Erbi *g*, her̄ *c*, herbi *p*. ÷ V *g*: dr̄. V *c*, ℨ V *p*. 4 tpisicis *ante corr*. *g*. 5 cōmiscis *gcp*. 6 cocl'r. I. *cp*. 7 ptisicis *gp(c)*, *ut semper*. 8 ieiunos (—nū *c*) potabis *gc*, dabis (*om*. iei.) *p*. 9 cūcoctum (*i. e.* concoctum) *c*, coctum *gp*. 10 ptisana (*sic*) *gc*, —nā *p*. cum capita (*sic*) *g*. butirum *gcp*. 11 admisces *gcp*. 13 vel pedes (*sic*) *gcp* (*sc*. pedes eorum quos . . .). 14 Cæ(Ce *cp*)phalopodas (—de *p*) *gcp*. cōmesta *g*. 15 depositus *g* (—tos *g*[c]). 17 diaprassium *g* (diaprassum *p*, diopiassium *c*). marubio *cp* (*item v. 18*). 18 pulegii *gc* (pulē *p*). 19 O. tr. ÷ (÷ *c*) binas *gc*: an̄. ÷ II. *p*. yris illiricę *g*, yreos illirice *c*, irifill' (yri *supra*) *p*[c]. exstrobilos *g*, scopillos *c*, ⟨ex pineos *add. corr. marg.*⟩ stobilos (b *et suprascr*. i *ex corr.*) *p*. 20 sex *g*: VI *cp*. 20 *et* 21 sextar̄ *g* (*om. cp*). 21 XV *cp* (num̄ *om. p*).



decim, omnia praeter irin illyricam ante biduum infundes in aqua et tertia die coques usque ad tertiam partem et post haec ab igne tolles. herbas expressas proicies et sucum diligenter liquabis et exinde accipies sextarios II et ei adiunges mel et passum et lento igne coques et electuarium facies in similitudinem mellis mediocriter crassioris et tunc tolles ab igne et superasperges irin illyricam contusam et tenuissime cretam et movebis donec infrigidet et repones in vitreo vase et exinde laborantibus dabis ieiunis et ad vesperam coclearia singula.

et postquam ex sputis limpidioribus vel certe non male redolentibus agnoveris ulcera fuisse purgata, trigono trocisco vel alio quolibet simillimae virtutis in potione dato cicatricem induces. etiam extrinsecus medicamentum epuloticon appones, id est quod valeat in cicatricem ducere, ut est finicine duabus alutis inducta. unam in pectore et lateribus et alteram a tergo inter scapulas, ut supra dixi, appones et sanabis. ||

## XLI. Ad asthmaticos. (p. 192)

Asthmatici dicuntur latino sermone anhelosi vel suspi-

1 iris illiricā (—ca *corr.*) *gp*, illiriā *c*. an̄ biduū *c*, ana. biduū *in ras*. *g*[c], an̄ bidiū (dnū *supra*) *p*[c]. 2 aqua *cp*: aquam *g*. 3 proicis *gc*, prohicis *p*. 4 et exinde accipies *g*: *om*. *p* (l. cum sextariis duobus adiunges m. *sic c*). 5 ei *g*: *om*. *cp*. mel passum *g*. 6 facis *gcp*. similitudine *g* (—nem *cp*). 7 crassioris *gc*: crassi *p*. i(y *p*)risilliricam *gcp*. 8 moves *gcp*. 9 infrigdet *g*. in vitreum vas *c*. 10 coclearios singulos *g*, cocl'r. singulos *c*, cocl'r. I. *p*. 14 inducis *gcp*. 15 epule(ē *c*)ticum *gcp*. 16 finicene *gcp* (id̄ dactilos *supra g*[c]). una (unā *p*) . . . altera *gp*. inducta (—tum *gp*) — sanabis *om. c*, *qui eorum loco addit haec:* Item (*quod solet scribere pro* Aliud *gp*) elac tp (elacterium) ℞ apii ciperii pulegii acapin marubii semen lactuce sem̄ urtice mente sicce lumpi (iuniperi) assorum bacce lauri piperis seminis rute et fabe in oleo frigte an̄ ÷ I. 19 Ad asmaticos *gc* (*ind. p*), De asmaticis *p*. 20 Asmatici *gcp*. aēllosi *c*.

riosi. nam et dyspnia a Graecis dicitur id est difficultas respirationis, et orthopnia aliter dicitur, si quidem recto schemate iacentes praefocentur aegroti. et est passio reumatismus ab arteria defluens in pulmonem, unde subito ad digestionem ciborum laborantes gravati malfiunt ut etiam nimia thoracis oppressione frigidum aerem haurire cupiant. et fit vel nascitur ex antecedenti profunda perfrictione et ex multo cibo accepto et indigestione frequenti et *plurimo concubitu.*

curationis tempore si grandis impetus fuerit passionis et plethoricum corpus aegrotus ostenderit id est multitudine suci plenum, in brachio flebotomabis. sed si forte virium imbecillitas vel aetatis aut temporis qualitas flebotomi usum prohibuerit, inter scapulas circa spondyli locum scarifabis et per cucurbitae raptum sufficientem sanguinem detrahes. et si ex nimio frigore contigerit hiemis tempore faciente, sacculo calefacto ex tritici farina et ervi *in decoctione marrubii concocta diligentissime* vaporabis circa stomachum, et totum pectus subter perungues chalastico superius in passione tetanica memorato cyprino oleo resoluto, et post vaporationem lanis mundis operies et fasciabis.

electuarium dia tu silfiu a Graecis appellatum dyspnoicis conveniens. recipit autem squillae medii et ysopi ÷ binas, urticae seminis et polii cretici ÷ singulas, silfii

1 dipsnia (*sic*) *gc*, disnia *p*. id est: .I. *gc*, i. *p*. 2 ortopnia *g*, ortonia *c*, ortoīa (—tomia) *p*. 3 prefocentur *g*: —cantur *cp*. reumatismus *gc*, —mo *p*. 5 gravatim alfiunt (*sic*) *g*. 7 perfrigatione *p*. 11 plectoricum *cp et ante corr. g*. 14 spondili *g*, —lia *c*, —liorum *p*. 15 scarificabis *cp*. 17 saculo *c*. 18 herbi in d. *gp* (herbarum decoctione *c*). marubii *p*. concocta *g*: decocta *c*, ꝛ cocta *p*. 19 subtus *c*. 20 calastico *gcp*. commemorato *c*. 21 ciprino *gcp*. 22 operis *gcp*. 23 Elactuarium *c*, elacterium *p*. diatusilfiū (—fium *c*) *gcp*. 24 ℞ (*om.* autem) *cp*. medium *gc* (medii *p*). ysopum *g* (—pi *cp*). 25 ÷ (÷ *c*) binas *gc*: an̄. ʒ. II. semen *gc*. polium creticum *g* (polii cretici *cp*). s. semen *gc* (*haec sic dedit p*: urtice seminis polii silfii seminis an̄. ÷ I.).



seminis 2 I, caricas pingues decem, strobilos virides II, aquae sextarios sex, mellis despumati sextarium unum. conficies sicut dia prassiu superius in pthisica passione conscriptum et exinde dabis mane ieiunis coclearium unum et alium ad vesperam.

aliud dyspnoicis. abrotanum uvam passam rutam simul in aqua decoques, liquabis et potui | dabis. *p. 193*

aliud. si forte nimietas redundantis humoris fuerit, trocisco hypocapnisto uteris id est suffumigatorio, quem superius ad desiccationem humorum ad tussim humidam scripsimus.

antidotum Antipatri ex catatopon, quo usus est Galenus ad universas tusses et dyspnias. recipit autem storacis isaurici dr̄ VI, resinae terebintinae dr̄ IIII, opopanacis et galbani et iris illyricae dr̄ quaternas, murrae dr̄ II S, iusquiami seminis albi obolos quattuor. melle despumato colligitur et post sex menses exinde datur in potione fabae aegyptiae magnitudo vel quantitas. alii vero pro resina sulphuris vivi mittunt dr̄ I diligenter facientes, quia non solum plus operatur cum sulphure, verum etiam

1 2. I. *c* (*cf. p*): ÷ I. *g*. decem *g*: x *cp*. strobiles (*sic*) *g*, strobillos *p* (—bilios $p^c$), scobili *c*. 2 VI. *et* I *cp*. 3 conficis *gcp*. diaprassium *gp*, dioprassium *c*. ptisica *gp*, tipsica *c*. 4 cocl'r. I. *cp*. 5 alium vespere *c*. 6 dipsnoicis $g^c c$ (dispnoicis *ante corr. g!*) Aurotanum *g*, aprotanum *cp*. 7 dequoques *g*. 8 n$^{mi}$etatas (*sic*) *g*. 9 hypo(ipo *c*)capniston *gc*, ypocanipston *p*. subfimagatorio *c*, subfumigatorio *p*: suffumatorio *g*. 10 ad tussem h. *g*: tussis humide *c*, in tussi humide (—d') *p*. 12 ex catatopi (*i. e. ex Gal. de comp. med. τῶν κατὰ τόπους XIII, 66 Ἀντιπάτρου ᾧ χρῶμαι*) *sic solus p*: *om. gc*. 13 gallienus *g*, galienus *c* (Gal' *p*). dipsnias *g(c)*, disnias *p*. ℞ (*om.* autem) *cp*. 14 (*etc.*) drag̅ *g*, dr̄ *c*. isautici *c*, isauricu *p*: isauricae *g*. an̄. ʒ IIII *p*. 15 mirrae *g* (*σμύρνης Gal.*): mire *c*, mirte *p*. 16 II. S̄: *sic* $g^c cp$. cum melle *p*. 17 sex: VI *cp*. datur potio in aeg. fabae magnitudinem *c*, dabis in potione ad f. eg. magnitudinem *p*. 18 Aliqui *c*. 19 sulphur (—ure *c*) vivum *gcp*. 20 quia $cp^c$: qua *g*.

et cum in aqua resolvitur ut detur, resina faciente glutinosum efficitur ut minime solvatur.

si vero in capite originem passionis senseris, certo tempore cyclico modo, sicuti superius in cephalaea passione scripsimus, ipsum caput cum vicina sibi subiecta membrana curabis et sanabis.

## XLII. Ad stomachi passiones.

Stomachicam passionem veteres reumatismum stomachi dicunt sive humectationem, quam pladarosin vocant. sequitur autem in passione constitutos iugis salivarum sputus *fastidium et nausia* vel *reiectatio*, vomitus etiam frequenter aliquando felliti aliquando flegmatici, articulorum perfrictio, pulsus parvitas, quam microsfyxian vocant, et circa superiores thoracis partes sudoris emissio.

in curationibus autem oportet adhibere cataplasma quod appellant dia tu absinthiu ad debilitatem et humectationem et fastidium stomachi. recipit autem carnes tunsas palmarum numero XXXVI, id est in una die XII, aloes epatices, *absinthii pontici*, *mastices*, *omnium trium* ÷
*p. 194* singulas semis, pollinis polentae | partes tres et lini se-

2 *ad* efficitur *haec adnotat* $p^c$ *(marg.)* si fiat secundum primum modum. 4 ciclico *g* (ciclino *p*, et certo *c*). caephalea *g*. 7 Ad stomachi (—ci) passiones *c et ind. cp*: Ad illos qui patiuntur fastidium et nausiam *p*. 8 Stomaticam *cp*. 9 plata(—to *c*)rosin *cp*. 11 reiectatio *g*, reiactatio *c* (relactō *p*). 12 felliti *etc. sic gcp*. 13 perfrigatio *p*. microsfixian (—ıā) *gp*, microsfian *c*. 14 remissio *c*. 16 diatu. absentiu. *g*, diatu absinthī *c*, diatū absīthiū *p*. 17 ℞ (*om.* autem) *cp*. 18 numero *om. p*. XXXVI *cp*: *om. (album — sine ras. — in cod.) g*. id — XII *om. c*. id est in *om. p* (*ubi* una die ⟨id est *add. corr.*⟩ XII). aloen epatiten *gc*, aloe epa. (*sic*) *p*. 19 epatices (hepaticae): *cf. Diosc.* 3, 22 *διττὸν δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ χυλίσματος, τὸ μέντοι ψαμμῶδες . . . τὸ δὲ ἡπατίζον.* absentiū ponticū *g*, absintii (*c*, —thii *p*) pontici *cp*. mastice *g*, —cis *c*, —c̄ *p*. omnium — semis *gc*: an̄. ÷ I. S *p*. ÷: est (pro ÷) *g*, ? *c*. 20 pulentae *g*. tres: III. *cp*.



minis partem unam. concoques cum calida et modico oleo nardino, aut certe melino si aestas fuerit, et cataplasmabis. et post cataplasma, si forte hiemis fuerit tempus, lanis mundis operies et fasciabis. dehinc postquam dies cataplasmatis expleveris, epithimate dia melilotou uteris. est namque tonoticon et sympepticon medicamentum, id est *confortatorium* et *condigestorium*. facit et ad debilitatem et ad tensionem stomachi passiones, et hepaticis et spleneticis. est autem et podagricis optimum. et conficitur sic. fascis gallici, cyperi, murrae, ammoniaci, iris illyricae, omnium specierum quinque dr̄ octonas, croci aloes dr̄ quaternas, meliloti ÷ III, resinae colophoniae ÷ VI, cerae et olei cyprini libras singulas, aceti quod suffecerit. crocum vero et murram et aloen et ammoniacum *cum aceto conteres et sic conficies.*

alia cura stomachi ad causas supra scriptas, ut embrocismo curentur id est olei infusione foveantur. primo facies duas embrocas laneas a quactiliario in modum

1 pars una *g* (ptem. I. *c*, p̄t. I. *p*). conquoques *g*: coques *cp*. 2 melino (mellino *c*) *gcp*. melino si *etc. cf. p. 103, 7.* 4 operis *gcp*. 5 cataplasmatis *gcp* (cataplasmationis $p^c$). Epithima *g*, —mate *cp*. dia meli⟨lo *add.* $g^c$⟩ton *g*, diamelli loto *cp*. 6 simpeticon *gp*, simplicis *c*. 7 confortatorum (*sic*) *gc*. condistiorium *ante corr. g*. 8 passiones: passionem *g*, *om. c* (et passionem ep. *p*). epaticis *gc* (epīsis *p*). 10 fasces gallicos (—gos *p*) *gp*, faces gallicas *c* (*νάρδου κελτικῆς Gal. XIII, 183. 186*). cyperum *g*, quiperi *cp*. mirra *g*, mirre (m̊re *p*) *cp*. amoniacum *g*, —ci *cp*. irisillirica *g*, —ce *c*, yrisill' *p*. 11 omnium — octonas *gc*: an̄. ʒ VIII. *p*. quinque *g*: V *c*. octenas (*sic*) *gc*. Crocum aloen *g*, c̆c aloen *c*, c̆c aloe *p*. 12 an̄. ʒ IIII. *p*. Meliloto *g*, melliloti *cp*. Resina colophonia *g* (—e *cp*). *post* colofo *om. c* nie — (14) vero. 13 Caerę *g*, c̆e *p*. ciprini *gp*. an̄. l'. I. *p*. Acoeti *g*. 14 sufficerit *ante corr. g*, sufficit (—c̄) *p*. mirram *gcp*. aloen *g*, aloe *p* (*om. c*). amoniacum *gcp*. 15 acoeto *g*. conficis *gcp*. 17 foveantur *p*: foveatur *g*, foventur *c*. 18 facis *gcp*. a quactiliario: aqua et iliario (illiario *p*, illitrio *c*) *gcp*.

spaerae formatas, aut certe si ad praesens non fuerint, simpliciter ad horam de lana facies, etiam et unum quactile tenue, quod stomachum et praecordia simul et ventrem operiat. sed si forsitan et ipsum minime occurrerit, dibafos purpureos diligenter consutos similiter facies. et ipsum oleum de quo foveas conficies sic. absinthii pontici ∸ I S aut si multum duas, aloes styracis mastices omnium trium scr̅ quaternos, vini veteris et olei spani ex aequali modo quantum suffecerit. omnes species pridie infusas coques lento igne in cacabo aeneo stagnato donec vinum consumatur, non tamen nimis ne oleum ardeat. et ipsum oleum liquatum mittes in gillone, et quando *p. 195* curare volueris, ipsum primo laborantem supino | schemate aequalem super laneo stramine iacere facies cruribus competenter collectis, tunc praecordia et stomachum quactili operies, et sic ipsum gillonem in olla ferventi calidae summittes ut oleum ferveat tantum quantum digitus hominis sufferre potuerit, et sic blande stomachum embrocabis. et cum ex parte oleum tepuerit quod stomacho infuderis, iubebis de embrocis laneis suprascriptis ambobus ministris ex utroque laterum astantibus celeriter rapi, et in singula vasa munda exprimes, et iterum plus calidius

1 sperae (—re) *gcp*. fuerit *gcp*. 2 facis *gcp*. quactile: quatilem (tenuem) *g*, quactile (q̊ctile) *p*, quactille *c*. 3 quod (q϶) *cp*: qui *g*. 4 ipsum *etiam g*. dibafos: deabsos *g*, deapsis *c*, diapsos *p*. 5 facis *gp* (consutos — ipsum *om*. *c*). 6 Absentium ponticum *g*, absinthii pontici *c et* (*om*. pontici) *p*. 7 I. S. (*sic*) *gcp*. si *addidi* (aut multum *gcp*). duas *gc*: II. *p*. aloen *g*, aloes *c*, aloe *p*. Stiracem *g*, sciracis *c*, storac̄ *p*. mastice *g*, —cis *c*, —c̄ *p*. 8 omnium — quaternos *gc*: an̄. ∋ IIII *p*. scrp̄ *g*, scrip̄ *c*. spani (*sic*) *gcp*. 9 sufficerit *ante corr*. *g*. 10 igne *g*: igni *cp*. stagnato *gp*: stagneo *c*. 11 consummatur *g*. 12 mittis in gillone *gcp*. 14 facis *gcp*. 15 quatile *g*, quactile *p* (qualitatum et si *etc*. *c*). 17 summittis *g*, su^b^mitis *p*^c^, sumitatis *c*. 20 ambos ministros . . . adstantes *c*. 21 ex utraque laterum *g*, ex utroque latere *c*, ex utraque parte *p*. 22 exprimis *gcp*. plus calidius *g*: calidum plus *c*, calidum *p*.



oleum infundes. hoc tam diu facies quam diu stomachus diligenter ipsa infusione foveatur. et postquam foveris diligenter deterges et purpura sicca operies et fasciabis. hoc autem per dies numero tres facies. per singulos dies ipsum oleum recalefacies.

illud praeterea admonendum, si forte mulier fuerit quae curatur, ut storacem prohibeas, ne iocundo odore matrix invitata ad stomachum levetur. solet enim haec passio frequenter fieri, stomacho per nausiam verso, secundo vel tertio mense praegnantibus rudibus ad conceptum aut certe post longum temporis partum concipientibus. et similiter ut reumatismum stomachi inferius scriptum curabis.

si vero duritia fuerit stomachi et praecordiorum tensio, in primis erit cataplasmandum ex faeni graeci polline et pane sicco et lini semine et malvae semine. coquuntur in uno cum aqua et oleo modico et melle, et apponitur. item vero addes adipes porcinos sufficienti modo, et post dies cataplasmatis expletos malagma Amythaonis a Graecis appellatum appones, id est Amythaonis patris Melampi. facit ad praecordiorum distensiones, dissolvit omnem duritiam, facit et ad difficilem motum articulorum. est etiam et spleneticis diaforeticum medicamen-

1 infundis *gc* (—des *p*). facis *gcp*. quam diu *gp*: donec *c*. 2 et postquam — operis *gp*: Post vero detergis purpura si cooperis (*reliq*. et fasciabis — recalefacis *om*.) *c*. operis *gp(c)*. 4 numero *om*. *p*. facis *gp*. 5 recalefacis *gp*. 7 storacem *gp*, stiracen *c*. iocundo (*sic*) *gcp*. 9 verso *gp*: everso *c*. 10 pregnacibus *g*. 11 temporis *gp*: tempus *c*. 15 foeni *g*, fenu *c*, fen̄ *p*. 16 pane sicco *c*: pani sicci *gp*. semine (*bis*) *c*: seminis *gp*. malve *cp*: maulae *g*. 17 Coquuntur *g*: coquitur *c*, Coque(q̄)tur *p*. uno *g*: vino (uīo *c*) *cp*. 18 adipe (p̄ *p*) porcinū (n̄ *p*) *cp*. sufficientē modū *c*, sufficientē (*om*. modum) *p*. 19 Malagma *g*: malagina *c*, malacina *p*. amitanos *g*, amictonos *c*, ametaones *p*. 20 amitaonis *g*, amictonis *c*, amigtaoīs *p*. 21 melampi (*sic*) *gcp*. dissolvet *g* (—vit *c*, disolutū *sic p*).

tum, et conficitur sic. ammoniaci ÷ II, bdellii resinae terebintinae galbani omnium trium specierum ÷ singulas, | p. 196 cerae ÷ IIII S, turis masculi et murrae dr̄ quaternas, olei cyprini ℒ IIII S. conficies et uteris.

aliud quod appellatur a Graecis picra Galeni, id est amara, faciens ad duritiam et ad debilitatem et oppressionem stomachi, quam dyspepsian vocant, et ad fastidium et ad humoris malignitatem, quam cacochymian vocant, et illis qui obtunsionem visus ab stomacho patiuntur. et conficitur sic. accipit aloes epatices ℒ I et scr̄ I, cassiae fistulae, xylobalsami, mastices, asari, croci, spicae indicae, cinnamomi, omnium septem specierum scr̄ singulos semis. tundes et tenuissime cernes et dabis coclearium unum cum calida aqua ieiunis.

sin vero reumatismus fuerit stomachi, quem incontinentia cibi vel frequenti vomitu plurimi humoris cognosces, omfacion in potione datum abstinet vomitum.

aliud ad stomachum confortandum et vomitum abstinendum. rosam siccam, absinthii pontici cymam, aloen,

1 *sic: cf. Asclepiadis apud Galenum (med. cata gene) XIII, 967.* Amoniacum (—cū) . . . bdellium. Resina terebentina. Galbani (*sic*) *g*. 2 omnium — singulas *gc*: an̄. ÷ I. *p*. 3 Caerae *g*, certe *c*, c͞e *p*. murrae *g*, mirre *c*, mre *p*. an̄. ʒ. IIII. *p*. 4 ℒ *g*: ʒ *cp* (*κοτύλας Gal.*). Conficis *gcp*. 5 pigra gallieni (galieni *cp*) *gcp*. 7 quam — (9) patiuntur *om. c*. dypsin *g*, pussim (p⁹ſſī) *p* (ptıſin *p*[c]). 8 cacoquimiam *g*, captochimiā *p*. 10 Accipit *g*, Accipe *c*: *om. p*. aloen epatiten *g*, aloes epaticen *c*, aloe epa. (*sic*) *p*. ℒ I. et scrup̄. I. (*sic*) *g(p)*, ʒ I. ʒ I. (*sic*) *c*. Cassia fistula. xyrobalsamum mastice Asaru crocu. Spica indica. Cı[n]namomum *g (genitivos habent cp)*. 11 exirobalsami *c*, balsami *p*. masticis *c* (—c̄ *p*). 12 omnium (specierum VII *c*) — semis *gc*: an̄. ϶ I. S *p* (*qui post* semis *solus addit* mel quod sufficit). 13 cernis *g* (—nes *cp*). cocl'r. I. *cp*. 15 Sin *gc*: Si *p*. reumatismum (—mū *c*) *gc* (—mus *p*). 16 pluri (*sic*) *g*. 17 cognoscis *gc* (—ces *p*). omfacion *gc*: omfatium *p*. abstinet *gc*: retinet *p*. 18 retinendum *p*. 19 Rosa sicca *g*. comam *gcp (cf. ἀψινθίου κόμης Gal. XIII, 135 etc.)*.



alumen scissum, crocum, masticen, omnia ad modum mittes, et quae tundenda sunt tundes et quae terenda sunt teres, et tenuissime cernes. tunc albore ovi tenui stomachum tanges et super asperges et purpura operies et fasciabis. quod si minus valuerit, cataplasmate uteris ex palmulis et malis cydoniis et inanthi et alumine liparo id est liquido et polentae polline et modico rosaceo adiuncto et seminis lini modico. cum aqua coques et cataplasmabis, et post cataplasmatis dies expletos epithimate tonotico uteris id est confortatorio. croci scr̄ VI, absinthii pontici cymae scr̄ II, dactylos nicolaos numero quinque, cerae ℒ III, olei nardini ℒ VI, vini ⟨italici⟩ quod suffecerit.

ad stomachi dolorem mitigandum medicamentum appellatum a Graecis anodinon. recipit seminis apii partem | p. 197 unam, feniculi seminis et cumini torrefacti partes binas. hieme vero addes et piperis modicum. tundes et tenuissime cernes, et exinde dabis in potione vini ascalonii mixti calidi coclearii unius quantitatem.

sin vero paresis fuerit stomachi id est paralysis —

1 mastice *g*, —cen *c*, —c̄ *p*. 2 mittis *gp*, mirtis *c*. et q. ter. s. teres *g*: *om. cp*. 3 tenui *cp*: tenuem *g*. 4 asperges *g*, —gis *cp*. operis *gcp*. 5 cataplasma *ante corr. g*. 6 cy(i *c*)doniis *gc*, citoniis *p*. et inanthi (*οἰνάνθη Gal. XIII, 180 etc.*): ethinantibus *g*, et hinanti *c*, et hiantes *p*. liquido i. liparo (*sic*) *gcp* (rotundo *supra g*[c]). 7 pulenti *g*, polenti *c*, pulenta *p*. 8 cataplasmacoīs (—cionis) *hic c (non p)*. 9 epithima *g*, —mate *cp*. 10 tonoticon i. confortatorium *g(cp)*. crocum *g* (*in c sic*: confortatorum ÷ singl'as c̄c̄ ʒ VI. absinthii *etc.*). 11 comam *g*, come *cp*. dactilos *g*, daptilos *p (om. c)*. 12 V *cp*[c] (VI *ante corr. p*). caera *g*, cere *c*, c͞e *p*. ℒ *g*: ʒ *p*, ʒ *c*. vinum epatiten *g*, vini (uī, *p*[c] uīni) ptē *p*, aloes (*sic*) epatitē *c*. *fort.* italici, *ut apud Gal. XIII, 184. 185 etc.* 13 suffecerit: sufficit *gcp*. 15 appii *g*. 16 cimini tor(r *p*)efacti *cp*: cum nitore facti *g*. 18 ascaloni *g*, scalonii *c*, ascoloni *p*. 19 coclearii unius *gc*: cocl'r. I. *p*. 20 Sin *gc*: Si *p*. parresis *g*, paresis *c*, paresis *p*. paralysis *g*, —lisis *cp*.

agnoscitur autem haec passio quotiens aegroti plurimo fastidio laboraverint tempore prolixo, cessante corporis nutrimento quam Graeci atrofian vocant. ob diligentiam vero curationis oleo rutaceo admixto butyro tepefacto in anteriori et posteriori parte stomachum diurnis diebus perungues et lanis mundis loca tutabis et fasciabis. etiam et per inferiores podicis partes iniectum magnifice facit.

ad stomachi defectum. vinum nigellum et fortissimum et carnosum calefacies in vase novo testeo aut certe aeneo stagnato, et exinde spongiis duabus latioribus ac rudibus et concavatis alterna mutatione ipsum stomachum diebus tribus aut quinque ieiunis vaporabis. aliquando vero si plus virtutis ipsum vinum habere volueris, quo possit vires laborantis depositas erigere, species tonoticas admiscebis, id est mastices grana sufficientia, absinthium ponticum, aloen, squinanthum, storacem, omnia ad modum mittes et coques in vino et sic vaporabis. hieme vero postquam vaporaveris, et nardino oleo calido summisso et diligenter calefacto perungues et sic purpura operies et ut dixi fasciabis.

*suppl. VI** [trociscus faciens ad stomachi atoniam et ad ventris reumatismum infantibus. masuca confecti de vitibus non-

2 laboraverint *g*, —runt *c*, laborant *p*. 3 quam (q̊ *p*) *gp*: ꝗ (quod) *c*. atrocian *g*, atrofian *c* (—fiā *p*). 4 oleum rutaceum *g*, oleum rutacoīs *c*, ol'm rutaceo *p*. admixtum butirum *p* (—o *gc*). tepefactum *gp*, —to *c*. 5 diurnis *g*: diuturnis *cp*. 6 perunges *gp*, —gues *c*. tutabis *gc*: tubabis (*ut semper*) *p*. 7 inlectū *g*. 9 calefacis *gp* (malefactis *c*). in vas novum testeum (inuos testeum novum *c*) a. c. eneum stagnatum *cp*. 12 ieiunus *g*. 15 admisces *gcp*. masticis *gc* (—c̄ *p*). 16 ponticum *om. cp*. squinantum *g*, —ti *c*, —tos *p*. 17 mittis *gp*, —tes *c*. 18 summisso *g*, submisso *cp*. 19 perunges *gp*, —gues *c*. operis *gcp*. 21 *seqq. usque ad v. 10 p. 103 exciderunt in g*. aconia *c*, athoma *p*. 22 masuca (μασουχᾶ): *cf. Aet. 13, 118. Alex. Tr. p. 322. 470 Bas. etc.* mascua confectio ros corticis robustos (*sic versu uno om.*) *c*, mãsuca (mãsuc̊a = mansueta $p^c$) confectio de vitibus



dum mustariis, maciros corticis robusti quem profert India terra, balaustii, mannae turis, erices carpu, absinthii pontici suci dr̄ senas, acaciae, hypoquistidos suci, lapathii seminis, myrtae nigrae granorum siccorum, rus syriaci, omnium quinque dr̄ quaternas vino myrtino colliges et in usum ad nausiam pueris minoribus teres cum aceto et oleo melino, hieme nardino, et lines stomachum hieme tepido, aestate frigido, et super purpura operies et fasciabis. ad reumatismum vero ventris cum oleo lentiscino et aceto, et similiter purpura operies et fasciabis.]

ad stomachi perfrictionem et singultum. dia trion pipereon antidotum inferius scriptum in modum fabae cum calida aqua ieiunis dabis. aut filonium antidotum cum frigida apiata dabis, hieme cum tepida. sin vero ex calido humore circa digestionis tempus cum morsu et flaccore stomachi singultus fuerit natus, aqua tepida plurima patientes potabis, et postquam dederis immissis in ore pennis vomitum provocabis. etiam et sternutationem similiter provocabis. sin vero ex plenitudine humorum fuerit singultus praeter febrem acutam, purgatorium dabis,

nondum (n̄d') m̃tauis (*in mag.* ī å d'tutib; n̄ | d'mutariis *i. e.* in alio de tutibus non de mutariis $p^c$!). magiros . cortices robustos *p*. 1 magiros *p* (μάκερος. *cf.* macir *Pl.*, μάκερ *Gal. Diosc.*). quam *sic* (q̊ *p*, q̊ꝫ *c*) *cp*. 2 india (terra *om. p*): *cf. Plin. 12, 32. Galen. XII, 66* (ἐκ τῆς βαρβάρου *Diosc. 1, 111*). balusti . manne turis *c*, balaustium . thus manna *p*. erices *cp*. *fort.* mirices, μυρίκης (*Diosc. 1, 117 et 116*). carpii *c*, carpum *p*. *cf. c. 48*. 3 ʒ senas *c*, an̄. ʒ VI *p*. 4 mirte *p*, mire *c*. grana sicca *p*. ros siriaci *cp*. 5 omi͡ V. ʒ quaternas *c*: an̄. ʒ. IIII. *p*. cum vino m̊tō *p*. colligitur *cp*. 6 ī pueris m. *c*. 7 cum aceto mılıō (*sic*) *p*. linis *cp*. 8 tepidum . . . frigidum *c*. operis *cp*. 9 ventris (*sc.* teres) *cp*. 10 et fasciabis *om. c et ante corr. p*, *add. inter lin.* $p^c$. 11 perfricationem *p*. 13 aut *g(p)*: Alıd' (aliud) *c*. filonium *gp*: philonium *c*. 14 apiata *gcp* (*sed* $p^c$ opiata). Sin *gc*: Si *p*. 16 flaccore *gc*, flactione (flactōe) *p*. 18 in ore *g*: ore *p*, in os (ınnos *sic*) *c*. 20 sine febre acuta *p*.

si tamen virium qualitas fuerit suffragata, sin minus, acriori clystere ventrem deduces.

p. 198 ad stomachi ventositatem sive | inflationem et tensionem polii cretici manipulum unum in aqua decoques et ipsa decoctione ieiunum potabis. aut nepetae aut mentae decoctionem admixto modico melle et piperis granis triginta potui dabis. et post haec epithima dia spermaton Filagrii appones. et conficitur sic. cardamomi, cyperi, herbae sabinae, nitri, bacarum lauri, cassiae fistulae, meliloti, faeni graeci pollinis, fascis gallici, seminis apii, samsuci, anesi, panacis radicis, omnium tredecim uncias ternas, ammoniaci guttae et resinae terebintinae uncias senas, mellis, olei nardini, adipis taurini, cerae, omnium quattuor libras singulas. aliqui vero pro oleo nardino cyprinum mittunt et pro radice panacis opopanacem. et si ad praesens terebintina non fuerit, colofoniam mittunt. addunt olei ℔ III, aceti quod suffecerit ad conterendum. ammoniaci gutta sola sive cum opopanace facit ad universas inflationes stomachi vel ventositates et epatis et splenis, et ad omnia magnum est medicamentum.

1 Si *c.* 2 acriore *c.* deducis *gp*, —ces *c.* 4 polii cretici *p* (polue | retici *c*): polium creticum *g.* 5 et ipsam decoctionem ieiunus potabis *g* (et ipsam d. ieiuno potui dabis *p*), et in ipsa decoctione ieiunum potabis *c.* nepitę (nebitę *g*[c]) mentę *g*, nepite mente *cp.* 7 grana *gcp.* XXX *cp.* epithima *gc*, eph'a *p.* 8 filagri *gp*, ſilargiri et ſilagni *c.* *accusativos iterum habet g*, *genitivos cp. sic enim g*: Cardamomum. Ciperum. Herba sauina (savine *p*, favine *c*). Nitrum. Bacas (Baccas *etiam c*, —carum *p*). Cassia fistula. Melilotum. Foenigreci pollinem. Fasces gallicos (*item p,* fascis callicis *c*). Semen apii. Samsucum (Samsuci *p*, Sansuci *c*). Ani(e *corr.*)sum. Panacis radices (—cis *cp*). 11 omnium — ternas *g(c)*: añ. ÷ III. p. 12 Amoniaci guttam *g* (—gutte *c*), armoniac̄ gutta *p.* 13 uncias senas *g*: ÷ V *c*, añ. ÷ VI. p. caere *g*, c̃e *p*: *om. c.* 14 omnium quatuor (omnium trium *sic c*) l. s. *gc*: añ. l'. I. *p.* 15 radicibus *g*, radic̄ *c*, radice *p.* inducunt opopanacem *p solus.* 17 oleum. ℔. III *g*: olei ʒ III. *cp.* sufficit *cp.* Ad conterendum *g(p)*: *om. c.* 18 sive cum oppopanice *c*: sive opopanacem *gp.*



aliud epithima dia samsucu appellatum similia medens. recipit samsuci et bacarum lauri siccarum et faeni graeci moliti omnium trium libras singulas, nitri ℔ II S, storacis calamitae optimi ℔ III, cerae olei cyprini libras singulas semis, resinae terebintinae libras duas. quae sunt sicca diligenter tundes et cernes et sic solubilibus resolutis superasperges, et movebis donec coagulentur.

ad vomitum constringendum de Vindiciani Afri. mastices et uvae passae enucleatae uncias singulas, cumini leviter torrefacti s̄c̄r̄ III, omnia in uno contundes, et panno inductum sicut emplastrum stomacho impones.

## XLIII. Ad spleneticam passionem.

Est autem splenetica passio causatio in splene quae contingit cum insurrectione. sequitur patientes extantia et dolor circa sinistram praecordiorum partem et fastidium et corporis totius mala habitudo, quam Graeci cachexian vocant.

1 epithima *gc*, epith'a *p.* dia samsucum (—c̄ *p*) *gcp.* appellata *g.* 2 samsuci et bacę l. siccae *g* (bacharum — bacarum *p* — l. siccarum *cp*). 3 moliti *g*: molliti *c*, melli loti *p.* omnium — singulas *g* (omnium trium libras *om. c*): añ l'. I. *p* (*in marg. p*[c] ī å l' S). Nitrum *g.* ʒ (ʒ *c*) II. S . . . ʒ (ʒ *c*), IIII. *cp.* Storacem calamiten optimum *g*, storaci calamite optime *c*, storac̄ cal' (*sic*, *om.* opt.) *p.* 4 libras — semis (S *c*) *gc*: añ l'. I. S *p.* 5 Quae sunt terenda diligenter teres et sic . . . *c.* 7 aspergis et moves *gcp.* coagolentur *gcp.* 8 de vindiciani afri. (*sic*) *g*, devinci diamast[i]. (mastic̄. uve *etc.*) *p*, *om. c.* *idem remedium sic accuratius habet Pseudo-Plinius (Romae editus)* 2, 11 *(f. 38*[a] *Bas.)*: „Ad vomitum restringendum. Masticae unciam unam, cymini denarium unum, haec omnia separatim trita, postea uva passa enucleata permisces, et linteo inductum stomacho suppones." 9 masticis *g*, —c̄ *p*, ℞ mastic̄ *c.* añ. ÷ I. *p.* Cumini *g*: cimini *cp.* 10 omnia *gp*: *om. c.* uno *gp*: vino *c.* contundis *gcp.* 11 inductum *gp* (inducendum *c*): inducto *p*[c]. im(ī *c*)ponis *gcp.* 12 *Abhinc usque ad finem libri incerta omnia deficiente codice g.* Ad splenis passionem *c* (*et in Ind. capp. p*), De splenetica passione *p.* 13 causationi splene *c*, īcātō ī ſpleñ. *p.* 14 S. autem p. *p.* 16 cacexian *c*: cacesiam *p.*

curationis vero tempore flebotomia in manu sinistra adhibita circa medium digitum minorem desinit splenis extantia.

trociscus ex Filagrio conveniens spleneticis et orthopnoicis id est is qui ab splene anhelitum patiuntur vel recto schemate iacentes praefocantur. traditur enim quod per urinam splenem attenuet et extantiam ipsius deducat. accipit autem struthii herbae radicis siccae et capparis radicis siccae corticis et chamaedryos et panacis radicis et tamaricis seminis, omnium quinque paria pondera: cum aceto squillitico colliguntur et trocisci singularum drachmarum informantur et in umbra exsiccantur. ex quibus unum ieiunis cum oxymelle et apiata calida dabis.

aliud ad splenem. filonium antidotum cum frigida aqua apiata ieiunis dabis, hieme vero cum tepida, et postquam dederis, supra eandem partem aegrotum iacere iubebis ita ut manus ipsius iacentis post dorsum habeat positionem.

ad splenem ⟨potio⟩ quae per urinam longi temporis splenem attenuando deducit. betonicae herbae tritae ʒ III

1 in manu *om. c.* sinistra: *cf. Gal. X, 904.* 2 adhibita *c*: et habita (hīta) *p.* medium *om. c* (*κατὰ τὸν παράμεσον δάκτυλον Gal. XI, 296. cf. Aet. 10, 11 p. 639*). deprimit s. extantiam *p.* 4 trociscū *cp.* ſilagrio *c*, filagrio *p* (*hic non extat inter multa Philagrii apud Aetium 10, 11 (cf. 8, 57) sed est Andromachi apud Galenum XIII, 241*). spleneticͨ *p*, —cum *c.* orthomnoicis *c*, orth'odico (*in marg.* i å orchondicis) *p.* 5 is: his *p, om. c.* ab *c*: a *p.* 6 iacendi *c.* 7 deducat *c*: defluere faciat *p.* 8 Accıp̄ aū *c*: ℞ *p.* struci *p*: struen *c.* 9 camedreos *c* (—deos *p*). 10 tamaricis (tamaraci *p*) seminis = *μυρίκης καρποῦ Gal.* omnium V *c*: *om. p.* paria pondera *p*: pari pondere *c.* 11 sqlitico *cp.* colligis . . . (trociscos . . .) in formas . . . sicca (*sic*) *p.* 13 ieiunis *c*: *om. p.* oximelle *cp.* appiata *c*: opiata *p.* 14 filonium *c*, filonos *p.* 15 aqua *om. c.* ieiunum *c*, ieiunis *p.* vero *om. p.* 16 egrotum — (19) per *om. c.* 19 Ad splen̄. q̄ (que) *p* (*pro* potio quae?) 20 splenem tenuando *p*, splenetici attenuando *c.* her̄ trite ʒ. III cum (vino nigro ciatos *etc.*) *c*, herbe 3 III. teres cum *p.*



cum vini nigri cyatis III potui dabis per dies III aut V in mense.

item alia potio ad splenem et ad initia hydropis, quae per ventrem solvendo humorem deducit. ebuli herbae viridis radices eximito de terra et excutiens lavare noli. quod duobus digitis comprehendas, vel tribus • si plurimum humoris deducere volueris, conterito ex vino veteri et potui dato: mirifice sanabis.

item alia potio ad splenem. hederae radicem et capparis radicis corticem viridem vel siccam decoques competenter in vino styptico usque ad tertiam partem et ex ipso liquore ieiuno dabis calicem I minorem.

aliud. hederae folia viridia et nepetam viridem, quam calaminthen vocant, et puleium et squillae medium decoques competenter in aceto acri. post haec proicies herbas et in ipsam decoctionem mittes hordei pollinem et ervi et faeni graeci, et his sacculo inclusis splenem vaporabis, et post vaporationem cyprinum oleum cum aceto et nitro aut sale trito ex aequali modo simul ferve-

1 *post* ciatis. III. *add. p* et ea͘ᵈ' vel ca͘ᵈ' tātūd' (= et de ea tantundem?). 2 in uno mense *p.* 3 Item *om. p.* ad inicia ydropis *c*: ad initiantem ydropisin *p.* 4 que ventrem resolvendo *p.* 5 radicem dextra exuce (*corr.* deterra excute *p*ᶜ *et idem in marg. iterum* i. summe eximito de terra et excute et) lavare noli *p.* 6 comprehendis *cp* (*cf. Gargil. c. 24, Gal. XIII, 254 etc. χειροπληθές* = manipulum *ib.* 242). 7 nolueris *c et ante corr. p.* contrito cum *p.* 8 *de hac potione cf. Apul. herb. 91.* 9 Item ad *c*, Alia potia ad *p.* radices *p.* 10 radıc̄ cortices sive (*sic*) virides sive siccas *p.* competenter *om. p.* 11 stitico (*sic*) ad tertias et *p.* 12 ieiunum *c*, —nis *p.* 13 ne(o *c*)pitam *cp.* quam — medium *om. c.* 14 calamitem *p* (*cf. Garg. Mart. c. 23*). quille *p.* coques pott̄ (potēt̄ = potenter *p*ᶜ) *p.* 15 post hec (h') *p*: et post quam *c.* proicis (—hicis *p*) *cp.* 16 et *om. c.* ordeum et herbum et fen̄ g̅. *p.* 17 herbi *c.* his *om. c.* 18 p. v. adhibe ciprinum *c.* cum aceto *om. c.* 19 et (nitro): aut *c.* ex *om. p.* 19 ferve facis *c*, fervere facis *p.*

facies et in lanis redactum patienti loco appones, et fasciabis.

aliud spleneticum medicamentum desiccatorium et confortatorium ad splenis debilitatem ex infusione humoris, a Graecis cedrinon appellatum. recipit cedriae, ammoniaci guttae uncias senas, resinae frixae libram I, auripigmenti, aluminis scissi, olei veteris, omnium trium uncias singulas et semis, aceti acrioris quod suffecerit.

aliud ad ventositatem splenis. epithimate dia spermaton aut dia samsucu uteris superius ad ventositatem sive inflationem stomachi scriptis.

aliud ad duritiam splenis vel saxietatem, quam Graeci scirrosin dicunt. malagma Amythaonis appones quod superius ad duritiam stomachi scripsimus.

aliud ad duritiam splenis. tus masculum et ammoniaci guttam aequali pondere teres diligenter, et frequenter sucum supermittes coliculi ex foliis viridibus expressum ut efficiatur in similitudinem emplastri, et inductum in charta vel aluta spleni appones.

si vero in aegritudine cum febre acuta fuerit splenis causatio, tribus diebus cataplasmabis ex faeni graeci polline et hordei partibus singulis et lini seminis partibus duabus cum aqua et rosaceo et modico melle concoctis.

1 lanis *c*, latus *p*. redactum *cp*. apponis *c*. 3 spleneticon *p* (—c̄ *c*). 4 ex infusione: et infusionem *cp*. 5 cedrinon *(cf. Gal. XIII, 249)*: citron *c (Simon s. v.)*, citrinon *p*. appellatum *c*: —tur *p*. ℞ *cp*. cedriae: cere *c*, c͡c *p*. 6 ⁊̶ senas *c*: an̄. ÷ VI. *p*. lb' I. *c*, l' I. *p*. 7 o. tr. ⁊̶ singulas et semis *c*: an̄. ÷ I. S *p*. 8 sufficit *cp*. 9 epithima *c*, —th'ate *p*. 10 diasansuco *cp*. inflammationem *cp*. 11 scriptum *c*, —tis *p*. 12 duritiem *p*. saxietatem *p*, sacietatem *c*. Graeci *addidi*: *om*. *cp*. 13 scirosin *c*: sclirosin *p* (*cf. Simon s.* scirodes). amicaonis *c*, amitatoīs *p*. apponis *c*. 14 ad stomachi duritiem con. scripsimus *p*. 16 et sup. sucum c. (*om*. frequenter) *p*. 17 cauliculi *cp*. 19 apponis *cp*. 21 tribus *p*, in (*pro* III) *c*. 22 et ordei partes II cum aqua . . . (*om*. partibus — seminis) *c*. 23 moīc̄ mellis *p*.



et oxymel ieiuno cum apiata dabis, et post dies cataplasmatis expletos Nileos splenicon lexipyreton appones. et conficitur sic. cerae, ammoniaci guttae, olei rosacei ÷ III, croci ʒ VIIII, aloes ʒ VI. aliqui tamen croci ʒ VI mittunt. aceti quod suffecerit ad conterendum crocum et guttam ammoniaci.

## XLIIII. Ad epaticam passionem.

Est autem epatica passio causatio in epate, quae contingit cum tumore viscerum. haec signa laborantes secuntur. est dolor dextrae partis et extantia viscerum et tumor. dehinc cum passio creverit, indigestio frequenter nascitur.

in curationibus vero flebotomia in brachio dextro in vena cava media secundum vires patientis adhibita utilis comprobatur.

aliud. tritici farina in decoctione absinthii et aneti cocta et apposita in sacculo inclusa dolorem mitigat.

aliud. artomeli cataplasma adhibitum est utilissimum.

aliud. absinthii pontici infusione ieiunos potabis.

aliud. costum ieiunis masticandum dabis, ut ipsum humorem inglutiant. et in eodem latere aegrotum iacere iubebis.

1 oximelle *c*, oximl' *p*. ieiunū *c*, —nis *p*. 2 nileos s. lexiperiton *cp* (*Νειλέως Gal. XIII, 182. cf. Νείλου 181*). 3 ʒ III *c*, an̄. ÷ III *p* (uncias trinas). 4 c͞c ʒ VIIII *cp*. aloe *p*. tamen (*vel* aū, autem): *om. p*, cū (*supra scr.*) *c*. ʒ VI *c*, ϶ VI *p*. 5 sufficit *cp*. et ad (cont.) *p*. 6 et (g.) *om. c*. 7 Ad epaticam passionem *c* (Ad epaten *in Ind. capp. p*), De epatica passione *p*. 10 est *c*: *om. p*. et tumor: et hūor *c*, et hūoꝝ *p*. 11 curaverit *p*. 13 vero *c*: autem *p*. *cf. Gal. II, 904. XI, 92 (Orib. Syn. IX, 18)*. 15 approbatur *c*. 17 dolores *p*. 18 artomelli *c*, ãxo(= arxo)mͤl'i *p (cf. Gal. X, 796. 910)*. est utilissimum (uti illisim̄ *sic c, in marg. p*ᶜ utillimū) *p*: valde utilimū *c*. 19 ieiunus *c*, ieiun̄ *p*. 20 ieiunus *p*. et ut i. h. glutiant imperabis *p*. 21 et in e. l. iaceat (*sic*) *c*.

aliud. sanguisugae dolenti loco appositae mirifice operantur.

aliud. trociscus dia ton picron amygdalon appellatus ad conclusionem sive obtrusionem epatis, quam enfraxin vocant. petroselini, costi, gentianae, amygdalarum amararum, anisi, aloes epaticae, absinthii pontici cymae, omnium VII paria pondera aqua colliges et facies trociscos drachmarum singularum, ex quibus dabis unum ieiunis non febrientibus cum vino mixto, febrientibus vero cum aqua calida. et in ipsa parte facies iacere laborantes.

antidotum tonoticon id est proficiens adversus debilitatem epatis. recipit spicae indicae, costi, gentianae, inulae campanae, omnium IIII ʒ binas, rei pontici ʒ I, mellis despumati ʒ III. dabis in modum avellanae cum vino mulso ex modico melle confecto, febrientibus vero cum decoctione apii.

potio epatica ad enfraxin epatis. costi, ireos illyricae, ladani omnium trium ÷ singulas, piperis grana numero XXVIIII. si vero ladanum non inveneris, faeni graeci

3 trociscō *c*, —cum (—c̄) *p*. appellatum *cp*ᶜ (—tus *ante corr. p*). *cf. sim. Gal. XIII, 209.* 4 obstrusionem *cp* (obtusionem *p*ᶜ). emfrasin *c*, ⟨ē *p*ᶜ?⟩ fraxī *p*. 5 *ante* petrosilinū (*c*, pet̊. lini *p et ita in rel. acc. c, gen. p*) *habet* ℞ *p*, h'. *c*. amigdalas amaras (*acc., ut in rel. spec.*) *c*. 6 comā *c*, cōc. (*sic*) *p*. 7 omī VI. S (S *pro* I?) *c*: *om. p*. cum aqua *p*. colligis (—ḡ *p*) *cp*. facis *cp*. 8 drāmarum *p*, ʒ *c*. dabis. I. *c*: unum dabis *p*. ieiunis *p*: —nū *c*. 9 *μετ' οἴνου κεκραμένου Gal. XIII, 212.* vero *c*: autem *p*. 10 aqua *om. c*. et in ipsam partem super iacere facis l. *p*. facis *cp*. 11 tonoticon *c*: tonicon *p*. 12 ℞ *c*: *om. p*. 13 inule *ante corr. p*: uelle *c*, enule (e *ex corr. ips.*) *p*. omnium . . . binas *c*: an̄. ʒ. II. *p*. 14 m. d. ʒ III. S. *c*. avellane *p*: *om. c*. 15 febricitantibus *c*. vero *om. p*. 17 enfrasin *c*, ēfrasī *p*. epatis *om. c*. uroudıll' *c*, viros. illirice *p*. 18 ladā *c*, laudini *p*. omnium tr. ÷ s. *c*: an̄. ÷ I. *p*. nūo *c*: *om. p*. 19 XCVIII *p* (*ex corr. pro* C VIII?). 19 ledan̄ *c*, laudanum *p*.



leviter torrefacti et maltae pollinem mittes, tundes et cernes omnia tenuissime, et dabis coclearium I ieiunis non febrientibus ⟨cum vino mixto, febrientibus⟩ vero cum aqua calida.

cataplasma ad enfraxin epatis. afronitri cibaria numero XV, lini seminis centum, hordei ducenta, calidae et olei quod suffecerit.

aliud ad duritiam et tumorem epatis. centauriam, anetum, asfodili radices et papaveris capitella decoques in oleo et modica aqua, et ex eodem oleo lanas appones.

sed si forte apostema in epate fuerit natum, quod ex praecedentibus signis in empyemate superius memoratis agnoveris, diureticis potionibus idem apostema per urinam purgabis, hoc est graminis radicis mundae, feniculi radicis corticis, dauci cretici seminis id est pastinacae hortensis, petroselini macedonici, asari, ysopi, inulae. haec singillatim aut simul in aqua decoquenda, et ipsa decoctio data per urinas ducit.

cataplasma diureticon id est urinale ad idem et ad dolores ex perfrictione natos. pollinis tritici et lini seminis et faeni graeci paria pondera, cymini seminis,

1 leniter *cp*. malthae (?): molti *c*, ml'ti (multi) *p* (*sed supra* malti *p*ᶜ). pollines *c*. mittis *p*. tundes et *om. c*. 2 omnia *om. p*. cocl'r. *cp*. 3 non febrientibus (autem *add. p*) cum aqua calida *cp*. 5 enfrasin *c*, ēfrax. *p*. nūo (*ante* cib.) *c*: *om. p*. 6 XV *p*: tv (= cv) *c*. linis *cp*. centum *om. c*. bis c *c*. 7 sufficit (suff' *p*) *cp*. 9 asfodilli *cp*. rad' *p*, radıc̄ *c*. et papaveris — (10) aqua *c*: *om. p*. 10 et (*ante* ex) *addidi*. 11 apostema *om. c*. quod *p*: ꝗ 2 cū (quod et cum) *c*. 12 empiemate *c*: empiēma *p*. 13 diureticis *om. c*. i. apa *p*. 15 seminis | l. (*pro* i.) pastinace ortensis *c (Sim.)*, sem̄ õ(= or)tico. *p*. 16 macedonici *om. p*. isopi *c*, yso. *p*. imila *p* (*et supra ips. corr.* enula), ī ulle *c*. hec *om. c*. 17 singulatim *cp*. decocta. et ipsa decoctio data p. u. d. *p*, decoquenda et sic contu(e?)ndenda p. u. d. *c (cf. c. 47)*. 19 diureticō *c*, —cū *p*. ad eandem et dolores *p*. 20 perfricatione *cp*. 21 cimī. feniculi seminis ameos . baccarum lauri . dauci . cretici . sem̄. pastinace. ortensis *(haec ex sup. v. 15)* an̄. ÷ I. S *p*.

seminis feniculi, ameos id est seminis vilicionis, bacarum lauri, dauci cretici, omnium quinque uncias singulas semis, caricas pingues numero XV cum aqua et melle et modico oleo coques et appones, et post cataplasma dia spermaton epithimate uteris aut dia samsucu superius ad ventositatem stomachi scripto.

## XLV. Ad renum dolorem.

Piperis, petroselini, asari, bacarum lauri, omnium quattuor paria pondera tundes cernes diligenter, et dabis coclearium I in passo tepefacto potionem ieiuno tribus diebus. et si immobiliter se habeat aegrotus, confestim sanabitur. sin vero reperta fuerit arenosa qualitas in urinis post medicaminis potionem acceptam, sicuti Galenus in diagnostice ait, manifestissime nefretica passio intellegitur id est renalis.

potio optime confringens lapides in renibus natos. carpobalsami, lapidis qui in spongiis novis reperitur, puleii sicci floris, malvae agrestis seminis, omnium

1 ameos. I. semin̄ | ınlıcīonıs baccas l. d. cr. om̄ı V. ÷ singulas S *c*. 3 nūo *c*: *om. p*. 5 epith'e *p*: *om. c*. aut *om. p*. diasansucum *c*, —co *p*. 6 scriptum *cp*. 7 *Rubrica deest in p (in marg. 46 p*ᶜ*), cum ipso fort. principio capituli.* 8 bacarum *p*, baccarum *c*. omnium quatuor *c*: *om. p*. 9 paria pondera tunsis cretis diligenter dabis *c*, paria p. tunde diligenter et cerne. dabis *p*. 10 cocl'r. I. *cp*. potionem *om. c*. ieiunū III diebus *c*: I. tribus diebus ieiunis *p*. 11 si — egrotus *p*: *om. c*. 12 Sin *c*: si *p*. reperta *p*: repleta *c*. arenosa qualitas (*τὶ ψαμμῶδες Gal.*): arenarum qualitas *c*, arena *(sic simpl.) p*. 13 galienus *c*, gal' *p*. 14 dıagnoſcēteȝē *c*, dıg̊stıco *p* (= *περὶ τῶν πεπ. τόπον VIII, 391*). 14 neufreca *c*, nefretica *p*. 16 lapidem . . . natum *p*. 17 ℞ *praemittunt cp*. lapides *p*, *om. c* (*λίθου τοῦ ἐν σπόγγοις εὑρισκομένου Gal. XIII, 328 ubi idem fere remedium Asclepiadis*). que *p*, q̃ȝ *c*. reperitur *c*: —iuntur *p*. 18 pulegii *c*, pullei *p*. florē *cp (om. Gal.)*. seminis *c*: semen *p*.



quattuor paria pondera conficies et dabis coclearium I in potione vini tepefacti aut passi conditi.

antidotum nefreticum calculosis aptissimum. recipit betonicae spanae, fascis gallici uncias singulas semis, saxifragae petrosae seminis aut petroselini, seminis olusatri, folii barbarici id est malobathri, piperis albi uncias singulas, meu S, omnia diligenter tundes et tenuissime cernes, et melle despumato colliges et exinde a balneo mox lotis dabis avellanae magnitudinem cum vino mixto.

confectio conditi nefreticis conveniens et maxime calculosis, quos lithiontas vocant, et minctus difficultate laborantibus, quos dysuruntas vocant. recipit piperis ʒ I, saxifragae, betonicae ÷ binas, spicae indicae, petroselini, fu, asari, radicis acori, dauci cretici seminis, omnium VI ʒ singulas, vini aminaei cotylas quattuor, mellis despumati cotylas II. S.

trociscus dia fysalidon appellatus faciens ad ulcera quae in renibus sive in vesica nascuntur et indigent in cicatricem duci, et ad eos qui sanguinem mingunt. recipit cucumeris hortini seminis descamati, apii seminis,

1 IIII. *c*: *om. p*. conficis *cp*. cocl'r. *cp*. 2 passo condito *p*, conditi passati *c*. 3 neufreticum *c*, nefreticis *p*. cauculosis *c (item infra v. 11)*. ℞ *cp*. 4 spane *c*: *om. p*. 4 fascis gallicis *c*, fasces gallicos *p*. an̄. ÷ I. S *p*: ÷ singulas meu S. *etc. c, qui intermedia omnia neglexit.* 5 sem̄. olixatri *p*. 6 folii *(cf. Diosc. I, 11)*: follis *p*. al. an̄. ÷ I. meu. S. *p*. 7 tundis *c*. 8 cum melle *p*. colligis *cp*. a balne | i. mox lotis *c*, in balneo lotis *p*. 10 *cf. sim. Alex. Tr. p. 534 Bas.* 11 lithiuitas *c*, litiuntas *p*. et minctus — (12) vocant *p*: *om. c*. 12 ℞ *cp*. 13 ÷ binas *c*: an̄. ʒ II *p*. pe̊t. *p*. 14 sem̄. *p*: *om. c*. om̄ı V *(sic)* 3 singulas *c*: ʒ I (*om.* an̄) *p*. 15 cotillas quatuor *c*· cotillas VIIII. *p*. 16 cocıllaſſū ſemīs (*pro* cotıllaſ II. S?) *c*: cotilas. II. *p*. 17 diafissalidon *c*, diafisalidē *p*. *idem similiter describitur in additamento Alexandri Trall. latini (post gr. IX, 6) II, 188 quod citatur a Simone Jan. s. v.* fisalidos. vulnera *p*. 18 et diligenter i. c. d. *c*. 20 ortim *c*, cortıuı *p*. descamatū *p*, *om. c (qui post* lapatii seīs *habet* descamati). sem̄. *post* apii *om. c*.

lapathii seminis, nuclei leviter torrefacti, croci, omnium V ℨ IIII, amygdalas dulces descamatas et avellanas similiter purgatas numero denas, herbae fysalidos quam Romani vesicariam appellant, interiora grana numero XXXV. conteres omnia et adiecto passo competenti veluti conspersione in unum rediges, et exinde ieiunis dr̄ I dabis non febrientibus cum passo tepefacto, febrientibus autem cum aqua calida.

aliud nefreticis et calculosis conveniens id est Bestiane antidotum ieiunis datum lapides in renibus confringit et urinam provocat.

aliud ad renum dolorem. exira medicamentum inferius scriptum in aluta inductum appones, et sanabis.

1 nuclei *cp*: *cf. Alex.* nucleorum pini prefrigereorum (*l.* pefrigmenon. *cf. Simon s.* prefrigmenum). leviter *p*: *om. c.* cc̄ (croci) *p*: *om. c.* 2 an̄. ℨ. IIII. *p.* et *om. p.* similiter *om. p.* 3 numero denas: an̄. X. *p*, *om. c*, *qui a* purgatas *transit ad v. 4* nūo. 35. herbas sisalidos . . . besecariam *p. cf. Simon. Jan. s.* fisalidos *ex Alex. lat. ed. Pap. f. 101*[b]: phisalidos quam latini vesicaginem vocant. 4 numero *om. p.* 5 veluti — rediges *c*: colligis *p.* 6 ieiun̄ dr̄ I. dabis *c*: ieiunis dabis ℨ. I. *p.* 9 Aliud neufreticis . . . i. beſtıāe *c*: *om. p.* *Aetio X, 6 p. 630 ex urinam cientibus antidotis memorata. cf. etiam cod. Paris. app. f. 86*[a]. Antidotum bestiane appellatum confringens et in renibus caucolos sive lapides quos greci litos appellant. convenit maxime his qui ex obtussione caucolorum dissuriam patiuntur i. urine difficultatem. facit et ad alia multa. Recipit cinamomi *etc.* 12 exira (ἡ ξηρά): o(e? *p*)xira *cp.* inferius *ubi? — conscribitur in antidotario cod. Paris. app. f. 85*[b] Exira (*in marg.* Ocxira) appellata et (est) desiccatorie virtutis ad omnia ulcera et sinus universos conglutinat et fracturas. inunges et arteticis et podagricis. nefreticis. spleneticis. et duritias mollit mirabiliter et callositatem atenuat. et est ad omnia utilissimum medicamentum. Recipit cere *etc.*



### XLVI. Ad ea quae vesicae accidunt, quae a Graecis symptomata appellantur, nos vero accidentia dicere poterimus.

Omnium logicorum testimonio natura vesicae nervosa iudicatur, quae sub ingenti perfrictione aut frigore ab humore venenoso et mordaci nocetur. ⟨quod⟩ maxime fieri solet cachexia laborantibus id est mala habitudine corporis. oros enim sanguinis, qui latine serum appellatur, qui ex sanguine per venam epatis depurgatur mixtus felli rufo descendens, vesicae ulcerationes universas vel asperitates aut debilitatem nutrit. unde omnes passiones vesicae difficili curatione medentur. sunt vero suprascripta accidentia periculosa ischuria id est ex toto urinae abstinentia, et dysuria id est urinae difficultas, et stranguria id est urinae paulatim per guttas exclusio.

1 Ad vesice passiones 46 *c*, Ad ea que vescice accidunt *p*, (Ad vesice dolorem *ind. p*). *deinde quasi a textus initio sequuntur veteris tituli verba* De his que vesice accidunt que . . . appellantur *etc. c*, *sic mutata in p*: Ea que vesice accidunt. (que *om.*) a grecis s. app. 2 simptomata *c*, sinthomata *p.* 3 dicimus *c.* 4 logicorum *p*: *om. c.* natura — iudicatur: īnatos vesice nervos īdıcatur *c*, vesica ĩruı (*in marg. p*[c] natura) nervosa iudicatur *p.* 5 sub *c*: ab *p.* ing. perfrictione aut frigore *c (item Petroc. p. 265)*: ing. frigore *p.* ab: aut *cp (Petr.).* 6 et *p*: aut *c (Petr.).* quod: hoc *p*, *om. c.* solet maxime *p.* 8 oros: *sic cp.* sanguinis — app. *p*: sanguinem pro latitudīe feru apellatur *c.* 9 per v. epatis *c (Petr.)*: exueā separato *p.* 10 ruffo *c*: suo *p.* descensu *p.* v. universas ulc. *p.* 12 p. v. curationes difficiles ingeruntur *p.* Sunt enim supradicta *p*, Si vero suis (*pro* S̄S̄) *c.* 13 scuria (—ā *c*) *cp* (*Simon* s. „Scutia ut Cassi. fe. vessice passio s. quando extoto denegatur urine exitus etc.“ *cf. Petr. p. 265*). 14 disuria (—ā *c*) *cp.* 15 p. p. g. urine exclusio *p.* exclusionem gīgnūt *(sic)* morsus et ulceratio ex antecedentis h. acredine fieri solet . . . *c*, exclusio. ex antecedentis h. a. contīg ⟨et ulceratio *add. corr.*⟩ eṭ dolor et morsus et ulceratio fieri solet . . . *p.*

contingit morsus et ulceratio ex antecedenti humoris acredine et dolor fieri solet initio urinae excludendae aut in fine explicandae.

item in vesica paralysi vitiata aut paulatim urina per guttas insensibiliter excluditur, si ex parte fuerit tacta, aut involuntarie simul exclusa ostenditur, si omnis fuerit vitiata.

est iterum altera passio ex incontinentia urinae paralysi vesicae deterior. ex renibus descendentis et vesica compatiente efficitur, et appellatur a Graecis diabetes, siquidem mox potione accepta per urinales vias raritate membrorum interiorum descendat tamquam per inania feratur. rarius quidem contingit haec passio, sed subito nascitur. et est omnino incurabilis. aliqui hanc passionem hydropismo adscribunt, quoniam nimia siti patientes afficiantur et subalbidum et aquosum vultum ostendant.

contingit iterum ex renibus ulceratis sanguinolentus minctus aut saniosus vel subalbidus, aliquando cum gravi odore, attestante renium dolore et ilium. si vero sanguis purus fuerit exclusus, eruptionem venae aut putredinem ipsius significat in renibus aut vesica factam fuisse, qua loca quae patiuntur dolore pulsata desanguinentur.

2 excludente *c* (*qui om.* aut — explicande). 4 item in: Item *c*, Iterum in *p*. ꝑvitiata *p*. 6 omnis *c*, tota *p*. et est *p*. 9 descendentis (*sc.* urinae): descendēs *(sic) p*, *om. c*. 10 diabeten *c*, —tē *p*. 11 mox potione accepta *c*, mox ut in potione acceperit patientes continuo *p*. urina — descendat: ꝑ urina24 viam raritate membrorum suo descensu *c*, urinam (ur̄aʒ) ꝑuā *(sic)* raritatis membrorum interiorum descendit *p (cf. Alex. lat. f.* 104ª*: quia cum biberit mox decurrit sicut* potatum fuit per vesicam et ventrem). 12 per inania *c*: ꝑınauıā *(sic) p*. 15 i(y *p*)dropismo *cp*. ascribunt *c*. quoniam (qm̄) *c*: Siquidem *p*. 16 et (*ante* aq.) *om. p*. ostendunt *cp*. 17 Contingit *p*: Exit *c*. 18 aliquando cum *c*: et *p*. 19 adtestante *p* (att— *c*). renium *c*, renum *p*. iliorum *p* (ılhū *c*). 20 ırruptōeʒ (ir *del. corr.*) *p*. vene significat aut *p*. 21 ipse *c*, ipsius vene *p*. vescicam *c*, vesicā *p*. 22 qua(?): ꝙq̌ *p*. qua — *(p. 117, 2)* patiuntur *om. c*.



si vero atonia fuerit vesicae id est debilitas, subito urinae egerendae delectationem patiuntur, et cum mingere coeperint cum ingenti conatu et gemitu humorosas urinas excludunt, aut per somnum involuntario lapsu urinam emittunt. et frequenter haec passio paralysin vesicae futuram significat.

contingit iterum dysuria in vesica ulcerata aut ex renibus irruente lapide extensa, aut limosa aut arenosa qualitate solidato et gleboso sanguine, quem Graeci thrombon appellant, in ipso urinali meatu obtrusa.

contingit iterum dysuria in aegritudine pessima, cum fuerit natura suo officio privata.

curationis vero tempore si fuerit ex frigore aut profunda perfrictione dysuriae causatio cum ingenti dolore, oleum rutaceum per podicem frequenter aegroto iniciendum est. in feminis vero matrici est infundendum. etiam et extrinsecus pubetenus praeraso pectini vel inguinibus lanae apponendae ex oleo cyprino calefacto, aliquando admixto castoreo, si forte plus calefieri oportuerit. et si venter abstinuerit, clystere erit deducendus ex decoctione faeni graeci aut radicis malvae oleo admixto. adhibendae sunt etiam insessionis fomentationes, nam Graeci encathisma

1 athonia *p*. 3 ceperit *cp*. 4 per somnum (ꝑ ſepnuāı (ſonnū) *p*) *p* *(Petr.)*: sompno *c*. 7 (*item* 11. 14) dissuria *cp*. 8 iruente *c*, irruenti *p*. aut (limosa): autem *cp*. 8 solidata aut globosa *c*, sordidata aut glebosa *p*. quam *cp*. trombon *c*: trumbon *p*. 10 obstrusa *cp*. 11 egritudinibus pessimis *cp*. 13 vero *c*: *om. p*. aut *c*: vel *p*. 14 perstrictio *p*. 15 iniciendum egroto (*om. est*) *p*. 16 matrix *c*. 17 pubetenus *c*: *om. p*. pectine *cp*. 18 calido *p*. mixto *c*, amixto *p*. 19 si forte calidius fieri op. *p* (si forte plus calidum fieri op. *Petr.*), Si vero plus calefieri op. *c*. 20 clisteri *c*. est *p*. 21 radicis *c*, indıc̄ *p* (radicum *Petr.*). amixto oleo *p*. sunt etiam *p*: *om. c* (*ubi* adhn̄dum i. f.). 22 insessiones fomentationes *c*: sensiones (ſn̄ſıōēs fomentationem *p* (sessiones *Sim.*). nam *c*: quas *p (Sim.)*. encatismā *c* (encatismata *Sim.*).

vocant, ex calida et oleo. solet enim vesica etiam si fuerit constricta subtili fomento relaxari et urinam retentam reddere. quod si minime urina fuerit secuta et perseveraverit supra dicta periculosa abstinentia, oportet in cruribus si vires patiuntur supra talos interiores venas incidere. et si dolor non minuerit, adhibendum est cataplasma ex lini semine et faeni graeci et hordei polline, admixto papavere trito et resina pinali et pice. transacto autem dolore apponendum cerotarium ex resina frixa et ysopi suco et ammoniaci gutta et oleo sicyonio confectum.

si vero lapidum vel arenarum fuerit querela, similiter ut nefreticos curabis.

sin vero ex cachexia corporis de humore venenoso et mordaci ulceratione facta asperitatem cum dolore in capite naturae senserint patientes, reumatismo adscribitur. oportet ergo lacte asinino tepefacto frequenter ieiunos potare. quod si ad praesens non fuerit, caprinum dabis, et embroce calida ex lanis sucidis et rosaceo et vino mulso aut passo admixto sub umbilico pubetenus pectinem vel utraque ilia cooperies. mulieribus autem et pessarium ex lacte asinino vel caprino aut muliebri lacte apponendum. in viris vero si in capite naturae morsum cum dolore senserint, per auliscum oticum aeneum lenem, et non osseum ne frangatur, aut certe argenteum fabricatum et

1 etiam: et *p*. 5 tales *cp (cf. Gal. X, 904).* interiori vena *c*, interiores venas *p* (super talos venas interiores *Petr.*). 6 minuerit *cp* (minuitur *Petr.*). est *om. c.* 7 pollinis *c*, pollinibus *p* (polline *Petr.*). 8 papaveris *c* (et semine agrestis papaveris *Petr.*). pinali *cp*: pinea *Petr.* 9 et ysopi suco et armoniaci suco et armoniaci gutta *p*. 11 si — (12) curabis *om. c.* 13 Sin *c*: Si *p*. de *c*: vel *p*. 15 senserint *(cf. v. 23)*: scripserint *p, om. c.* r̄umatismo *c*, renātismo *p*. 16 ergo *om. c.* ieiunū *c.* 17 quod: sed (ſʒ) *c.* ap- presens *p* 18 embroce calide *cp.* roseo *c.* 20 alia cooperis *c*, acors *p* (ylia operis $p^c$). et *c*: *om. p.* 21 lacte *c*: *om. p.* 22 si ī *p*: *om. c.* 23 eneum *p*: *om. c.* lene *p*, lane *c.* et non osseum — fabricatum *p*: 7 ros siccū frāgatur aut arteum fabricatur *c*.



vesicae porcinae alligatum, non nimis interius sed in caput naturae inicies cervinam medullam susino oleo resolutam aut butyrum recens aut adipem anserinum vel gallinaceum. adhibenda etiam encathismata ex decoctione rosarum lenticulae myrtae rubi lentisci vel his virtute similium. apponendum etiam et dia iteon emplastrum sive illud medicamentum quod graece ebarbaros appellatur, renibus et pectini praeraso, aut finicinen quam Galenus in libris emplastrorum quos cata gene appellant, nostram dia chalciteos nominavit. proficiente autem curationis tempore erunt in cibo dandi suini pedis mucrones, testiculi madidi ex aqua et cerebrum assatum, de piscibus autem torpedines aselli murenae, de pomis vero uvae mala cydonia granata et his virtute similia. dandum etiam ieiunis aliquid sorbile quod humorem acrem et tenuem et asperum valeat obdulcare et crassificare et lenire, ut est amylum procuratum aut polenta ex aqua elixa et cum vino nigello addulcata aut oryza aut grana ptisanae et his similia. probatur etiam dari sorbendum quod conficitur sic. ex nucleis recentibus et cucumeris semine descamato et amygdala dulci et amylo cum lacte in uno diligenter tritis et leviter concoctis dandum ieiunis cum vino

1 vesice porcine aligatū *c*: vesica porcina alligant *p*. 3 butirum recentem *cp.* 4 adhibendam *p*, —dum *c.* etiam *p*: et *c.* ancatisma *c*, encatasma *p*, encatasmata $p^c$. 5 mire *c*, mirte *p*. 6 similibus *cp.* diaiteon *p*, diaciteon *c.* 7 grece *c*, greci $p^c$ *(om. p).* embarbaros *p*, barbanos *c.* 8 et *c*: aut *p*. fenicene *p*, fenicēte *c.* galienus *c*, gal' *p* (= *Gal. XIII, 375*). 9 in libro emplaustrorum *p*, librum emplastrorum *c.* quos *cp.* catagenos *c*, —nes *p (Sim.).* nr̄a (nostra) *cp.* 10 autem *p*: igitur *c.* 11 suini (*c*, suelli *p*) pedes mucrones *cp (cf. Gal. VI, 671).* t. macrones madii c, t. acroēs mādidi *p (cf. Gal. VI, 676).* 13 vero *c*: *om. p.* uva *cp.* 14 cidonia *cp.* 15 quod *p*: ut accipiat quod *c.* acerem *c*, acrum *p*. 16 linire *c* *($p^c$)*: lienire *p*. 17 po(u *c*)lentum . . . elixum *cp.* cum *c*: *om. p.* 18 adulcatum *c*, obdulcatum *p*. grana *p*, grane *c.* 20 (*item p. 120, 4*) descamato *p*, desquamato *c.* 22 et concoctis leviter *p*.

chrysattico. frequenter dare iubebis vel illud quod curandae ulcerationi vesicae aptum a veteribus probatur, et conficitur hoc modo, et magis caniculari tempore. lini seminis et papaveris albi ⟨et cucumeris⟩ seminis descamati et draganti tunsi et creti, omnium IIII ÷ binas, amyli recentis ʒ IIII. aqua colligitur et trociscus informatur. etiam et trociscus epuloticus ad obducendam cicatricem dari oportet ex vesicaria herba confectus, quem Graeci dia fysalidon vocant, quem superius in nefretica passione conscripsimus. utendum etiam aquis calidis naturali calore plantatis — nam Graeci autofye idata vocant. sunt enim *virtutis metasyncriticae* hoc est *quae valeant naturalem* temperiem corporis renovare.

## XLVII. Ad cholericam passionem et defluxionem.

Utraeque passiones acutae vel celeres esse noscuntur. sed cholerica passio plus acutissima et molestior a veteribus esse traditur. et est reumatismus *ventris et stomachi* sursum et deorsum per os atque ventrem subito natus.

1 c̊fatico *p*, oris atico *c*. dare iubebis *c*: *om. p*. illud *p*: *om. c*. curanda ulceratione *c*, curande ulcerationis *p*. 2 probatur *p*: —tum *cp*[c]. 3 et magis (mag̅) *cp*. canicularis temporis *c*. 4 *hoc ipsum est Andromachi apud Gal. XIII, 322 πρὸς κύστιν ἡλκωμένην καὶ δυσουρίαν (cf. Orib. syn. 9, 24).* 4 (*et* 5) et *om. p*. et cucumeris *addidi (ex Gal. l. c)*: *om. cp*. 5 draganti *p*, tracanti *c*. om̅i IIII ÷ binas *c*: an̅. ʒ. II *(cf. Gal.)*. 6 cum aqua *p*. troc̄ *p*, trociscū (. . . confectū) *c*. 7 etiam et empulēticum obducendum *c*, etiam ī t°cis. epuleticus ad obducādā *(sic) p*. 8 besicaria *c*, beficaria *p*. 9 diafisalidon *p*, diafisidion *c*. 10 cūscripsimus *c*, scripsimus *p*. caloris *c*. 11 nam: *sic cp.* octo fies data *c*, ā offies data *p*. 12 meta sincretice *c*, —cratici *p*. 14 Ad collericam passionem 47 *c*, De fluxione *rubr. p*. 15 Utreque p. *(sic incipit) c*: In defluxione utreque p. *p* (*unde in tit. addidi* et defluxionem). 16 plus acutissima et molestior *c*: plus acuta magis molesta *p*. 17 stomachi et ventris *p*. 18 natus *p*: īnatus (enatus?) *c*.



sequitur autem in passione constitutos articulorum perfrictio et parvitas pulsus, iugis vomitus cum intestinorum tormento, et ventris solutio ac stomachi cum pruritu ventris. efficitur ex antecedenti indigestione aut mali medicaminis accepta potione. et differt a diarria, quoniam cholerica passio sicut diximus per ventrem efficitur et vomitu plurimo, diarria vero non.

in curationibus vero polentam elixam calidam in cibo dabis cum vino melino id est granaticio, et alia quae simili virtute valeant stomachum confortando recreare et vires patientis depositas erigere. sed si forte ea quae acceperit *minime stomachus tenuerit*, modico ⟨tempore⟩ interposito iterum reficies. hoc tertio vel quarto facies quousque stomachus aliquid acceptorum retineat, ne vires aegrotantis minuto corporis nutrimento insumantur. etiam et summitates manuum ac pedum constringi iubebis, et articulos pannis calidis calefacies et lana molli opertos tutabis, et si nimium senserit intestinorum tormentum, spongiis duabus ex calida posca expressis alterna mutatione umbilicum vaporabis et post vaporationem lanis ex oleo melino tepido operies et fasciabis. et si nimietas vomitus coegerit, cucurbitam stalticam id est constrictoriam ori ventris conglutinabis, et omfacium cum calida aqua dabis. et si adhuc cibos minime tenuerit stomachus, erit

1 con(9)frictio *c*, perfricatio *p*. 2 cum *om. c*, *ubi* int. tormentum. 3 ac *c*: et *p*. 5 potione acepta *p*. 8 vero *om. c*. polentum (pulentum *c*) elixum calidum *cp*. 9 mellino *p*, malino *c*. granaticio *p*: grana triticeo *c*. 10 simili mō (= modo) virtute *c*. 12 denuerit *(sic) c*: retinuerit *p (cf. v. 24)*. modico (*sc.* tempore) *sic cp*. 13 reficis *(sic p)* — (14) retineat *om. c*. 14 ⟨aliquid *add. p*[c]⟩ ut *(del. corr.)* p acce4to4 *p*. 15 egrotantium *c*. etiam et in *p*, etenim et *c*. 16 constringi: *cf. Gal. XI, 50 (διαδεῖν scil. propter musculorum contractiones. Aet. 9, 12. 13. p. 545. 546 Lugd.)*. 17 calefacti et l. m. *c*. et *om. p*. optos tutari *(sic) c*: *om. p*. 18 senserit *c*: sumserint *p*. 21 et tepido *p*. operis *cp*. 24 tenuerit *c*: retinuerit *p*.

accipienda curatio in reumatismo stomachi superius memorata.

## XLVIII. Ad dysenteriam.

Est autem dysenterica passio intestinorum causatio cum ulceratione, ex qua excluditur egestio sanguinolenta aut fellita et alia immutatio humoris. et illa noxia a veteribus nuncupatur quae nigram egestionem ab initio ostenderit. nam Hippocrates in aforismis sic ait „dysenteriae a felle nigro incipientes mortiferae“. sequitur autem patientes iugis assellatio inferioris ventris, aliquando fellita, aliquando viridis et sanguinolenta, aliquando mucillaginosa. et rasuras cum gutta sanguinis emittunt, cum morsu intestinorum et umbilici. insomnietatem patiuntur et fastidium, frequenter et febriculam. aliquando etiam et longaonis exclusio contingit, maxime infantibus. et efficitur aliquando ex perfrictione, aliquando autem ex corruptione acriorum ciborum.

tempore autem curationis mala cydonia in aqua decoquenda usque ad tertiam partem, et ipsa decoctio potui data abstinet ventrem.

aliud. palumbus, quem Graeci fassan appellant, in posca decoctus et comestus similiter abstinet.

item ovum in aceto coctum facit similiter.

1 in: ex *c*, et (⁊) *p*. 3 Ad dissinteriam *c*, De disinterica passione *p*. 4 dissinterica *cp (et ita semper)*. 5 cum ulceratione: *cf. Gal. VIII, 85. 381. (XIII, 288). Aet. (ex Archig.) 9, 43.* 6 et aluminitatio humoris *c*, et alia ī mutō (inmutatio) humoris *p*. 7 nuncupatur. que nuncupatur. que nigra *etc. p*. 8 ypocrates *p*, ipocras *c*. amforismis *c*. Dissinterie *cp*. 9 a *om. c*. mortifero *c*, mortificare *p*. 11 mucil(l *p*)aginosa *cp*. 12 et *c*: etiam *p*. emittit *c*. 14 et fastidium frequenter et fabricula *p*, et sanguine frequentat et febricula *c*. 15 et *om. p*. in infantibus *p*. 16 perfricatione *p*. aliquando autem: aut *cp*. 18 cidonia *c*, citonia *p*. decoquenda *(cf. c. 43)*: decocta *cp*. 20 retinet *p*. 21 palumbꝫ *p*, plūbuꝫ *c*. ꝗ greci palūbū fossa app. *c*. 23 item — similiter *c*: *om. p*.



aliud. acaciae, croci, ges asteros in vino datum coclearium I similiter abstinebit.

aliud. summitates rubi quas vulgo turiones vocant, et murra cum caduco granatae et galla omfacitide in vino styptico simul decocta et in potione data sive per inferiores partes podicis iniecta summe facit.

aliud. ptisana cum plantaginis suco decocta et data abstinet ventrem, iniecta autem eadem perficit.

potio ad dysenteriam. ossa de locusta marina super carbones exusta, gallas leviter subassatas, os sepiae similiter subassatum, crocum sive caducum mali granati, bitumen iudaicum aut pro bitumine picem siccam, omnium V paria pondera diligenter teres et in posca dabis.

aliud ad dysenteriam. trociscus dia symfytu appellatus, quem superius ad sanguinis reiactationem scripsimus aut dia coraliu aut certe dia electru aut trigonus trociscus similiter in potione datus magnifice operatur.

aliud. lac asininum aut caprinum schiston confectum et datum abstinet ventrem. schiston dicunt Graeci lac in quo lapides fluviales incensi mittuntur sive extinguntur.

aliud ad dysentericos et ciliacos, id est illos qui ex ventris passione id est ulceratione similiter ut dysenterici

1 acacia *cp*. croci (c̄c̄): cū *cp*. gesteros *c*, gesastereos *p*. dato *c*: data *p*. 2 cocl'r I *cp*. 3 vulgus *cp*. vocant *c*: dıc̄ *p*. 4 mirra *p*, mire *c*. candico *c*, ṛadıco (c u suprascr.) *p*. granate *(sic) cp (i. e.* mali granati, *ut infra)*. gallas omfatidas *cp*. 5 simul decocta et data potione *p*, si coques et in pocionem data *c*. 6 sume fecit *c*, suē fac̄ *p*. 7 et *om. p*. 8 autem *c*: vero *p*. 9 *(item infra semper)* dissinteriam *cp*. et super *cp*. 10 exustas *c*. leniter *cp*. 11 crocū *c*, c̄c̄ *p*. 12 pice scice *c*. 13 V *c*: *om. p*. posca *c*: puscas *p*. 14 ad dissinteriam *p*: *om. c*. dia sinfirus *p*, dianifitus *c*. 15 superius *cap. 38*. 16 diacoral(l *add. p*)ium *cp*. dia electiū *p*, dia eletirū *c*. 17 in potionem damus et m. *c*. 18 ſcıſton *p*, fiſcon *c* (*σχιστόν Diosc. 2, 77*). 19 Scitop *p*, Siscon *c*. lac *p*: ita *c*. 20 fluviales *p*: fluīnales *c*. incensi *p*: *om. c*. 21 ciliacos *c*: quiliacos *p*. i. illis qui *c*, i. qui *p*. ex *om. c*. 22 i. ulceratione — caprinum *om. c*.

reumatizant. lac caprinum optimum et pingue coques moderate super carbones in cacabo fictili novo et admiscebis amyli recentis sufficientem modum, et sorbendum dabis ieiunis diurnis diebus. et post haec supercomedendum dabis aliquantum sicci panis. etenim hoc adiutorii genus reuma crassescit, acredinem temperat, ulcera cicatricat et intestinorum ac ventris asperitatem lenificat.

trociscus anotericus id est qui sursum in potione datus servando superiores ventris et intestinorum partes medetur, optime faciens dysentericis et ciliacis. recipit iusquiami seminis albi, ameos seminis id est vilicionis, apii seminis, feniculi seminis, hypoquistidis suci, balaustii id est floris ⟨mali granati⟩, ammoniaci, omnium specierum ʒ IIII, opii, gallarum, amyli, ges asteros, rus syriaci, acaciae, draganti ʒ II. aqua colligitur et fiunt trocisci ʒ singularum, ex quibus datur unus non febrientibus vespertino tempore cum vino mixto calido in potione, febrientibus vero cum aqua calida. et lientericis optime facit.

lienterici dicuntur qui ex antecedenti dysenteria intestinorum debilitatem faciente, perdito naturali calore, cibos quos accipiunt continuo indigestos vel crudos tamquam per lenem intestinorum lapsum egerunt. unde passio lienteria dicitur. et est incurabilis, maxime in

2 amisces *cp*. 4 ieiun⁹ (—nus) *c (ut saepe)*. diurnis: diuturnis *cp*. 5 aliquantulum *p*. 6 cicatricat *c*: —zat *p*. 8 anat'icus *c*, anotit⁹ *p* (*opp. κατωτερικὰ φάρμακα Gal. X, 527. Aet. 9, 48. 49*). 9 servando (ſ'vando) *c*: *om. p*. 10 quiliacis *p*. ℞ *cp*. 11 ameos *p*, et ameos *c*. i. uiliciomis *c*, i. iucilidioīs *p*. *cf. supra c. 43*. 12 ypoquistidi *c*, —dos *p*. et balaustia *c* (*ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς Gal. cf. Plin. 23, 112*). 13 i. floris (—res *p*) a(r *p*)moniaci *cp*. omī spē♃ 3. IIII *c*: an̄. ʒ IIII *p*. 14 gallarum — (15) trocisci *om. c*. 14 gestastereos *(sic) p*. rossiriaci *p*. 15 an̄. ʒ II *p* (*i. e.* omnium sp. ʒ binas). cū aqua colligͥ *p*. ʒ singularum *c*: ʒ unius *p*. 16 unus *p*: I. *c*. 17 mixto *om. p*. in potione: *om. p*, potionem (pocoēm .I. febrientibus *etc.*) *c*. 18 aqua *om. c*. 19 illi qui *p*. ex *om. c*. 20 calore *p*: cocolore *(sic) c*. 22 oler̄ *p* (eierunt *supra p*ᶜ), gerunt *c*.



aetate vergenti, unde plerumque laborantes si hanc passionem curare praeterierunt, hydropici postmodum efficiuntur.

catapotia ad dysentericos et ciliacos et lientericos. gallae tunsae et cretae ʒ II, opii ʒ I. aqua colliges et catapotia facies in modum ervi. et post annum a quo confeceris dabis in ovo sorbili euntibus dormitum grana tria aut V, aut si multum VII.

cataplasma dysentericis conveniens. mala cydonia numero VI in partes incides, interius purgata in posca usque ad maturum coques et diligenter teres. simul et palmulas numero XXXVI, id est in una die XII exossabis et in posca similiter coques et teres et addes caduci mali granati et acaciae ∸ III, mastices ʒ II, aloes et aluminis lipari id est liquidi ∸ singulas et semis, rus syriaci ʒ I, pollinis polentae partes III, et lenticulae partem I, mellis et aceti et aquae quod suffecerit.

epithima dysentericorum dia finicon appellatum non solum ad dysenteriam faciens verum etiam et solutionem ventris et stomachi ac pulmonis et omnium interaneorum reumatismum compescens. recipit autem palmularum nicolaorum carnium ∸ II, acaciae, aluminis scissi, turis masculi, mastices, corticis granatae, hypoquistidis suci,

1 estate *Petr. p. 270*. vergenti *c*: ůtēti (vertenti) *p*, urgenti *supra p*ᶜ. 2 curari *cp*. 4 catapocio *c*, —putie *p*. quiliacos *p*. 5 ʒ I. *p*: ʒ II. *c*. colliges *p*: —gis *c*. 6 catapocias *c*, —putias *p*. facis *cp*. herbi (her̄ *c*) *cp*. a quo dabis conficis dabis *c*, aqua conficis dabis *p*. 7 eunti dormientibus *(sic) c*: dormientibus *p*. 8 ā. multum VII *p*, aut multum VIII *c*. 9 citonia *p*. 10 nūo *c*: *om. p*. 11 matu♃ *(sic) cp*. simul *p*: similiter *c*. 12 nūo *c*: *om. p*. exossas *c*, exossa *p*. 13 et (in p.): sed *cp*. caducum *cp*. mali granati *c*: granate *p*. 14 (*item* 23) mastic̄ *cp*. aloen *c*, aloe *p*. 15 liparii *p*. singulas et S *c*, I. S *p*. 17 sufficit *cp*. 21 conpescet *p*, —cit *c*. ℞ *cp*. autem *om. p*. 22 cōnıū *p*, carnes *c*. 23 corticis granate *(sic) cp*. ipoquistidi *c*, ypoquistidos *p*.

gallarum, aloes, omnium VIII ÷ singulas, et si forte hypoquistidis sucum non inveneris acaciae duplum mittes, cerae lib' I, olei myrtini lib' I, aceti ad conterenda quae sunt sicca quod suffecerit. cetera cum oleo resolves et raso cerotario in mortario commiscebis.

trociscus catotericus id est qui deorsum per podicis partes iniectus servando inferiores intestinorum partes medetur, et appellatur a veteribus Faustinianus, conveniens is qui diuturna putredine in dysenteria laboraverint. accipit autem auripigmenti, sandaracae, calcis vivae, omnium trium ÷ binas, chartae combustae ʒ XXX. colliges suco plantaginis et facies trociscos ʒ ternarum et binarum ac singularum. secundum diversas aetates mensuram temperabis et inicies cum suco oryzae aut lenticulae.

alius trociscus optime medens. ubi putredines non fuerint singulariter adhibitus et somnum provocat. nam dormientibus cicatricem inducit. ubi vero putredines fuerint, admixto suprascripto Faustiniano uteris. recipit autem hypoquistidis suci, gallarum, lycii indici, omnium trium ʒ V, cadmiae ʒ VIII, acaciae ʒ XI, murrae ʒ VIIII,

1 aloe *c*, —ē *p*. omī *etc. c*: an̄. ÷ I. *c*. 2 ypoquistide *c*, —dos *p*. mittis *cp*. 3 lb' *c*, l' *p*. q. sicca sunt *p*. 4 sufficit *c* (*non p*). 5 rasum cerotarium *cp*. commisces *cp*. 6 catroius *c*, catorēticus *p*. 8 *idem fere est ἔνεμα φαυστινιανόν apud Gal. XIII, 296 (ex Andromacho). cf. etiam pastillos Faustinianos apud Aet. 9, 49 p. 612 (et de iis Archig. ib. p. 611). Petr. p. 273.* 9 his *cp*. qui put. d. *p*. durna (*sic*) *c*. 10 Accipit autem *c*: ℞ *p*. 11 omī *etc. c*: an̄. ÷ II *p*. ʒ *(pro ÷ p)* XXV *p*[c]. 12 colligis *cp*. cum suco *p*. fac̄ *cp*. ʒ ternarum *c*, ʒ III. *p*. 13 et binarum — singularum *c*: *om. p*. et secundum d. *p*, sed et d. *c*. 14 suo (suco *p*[c]) oridie *cp*. aut *c*: i. (id est) *p* (*et in marg. rep.* oride i. lēticl'e). 16 Al' t[o]c̄ *p*, Aliud trociscum *c*. 17 Nam *p*: nō *c*. 19 SS *c*: supradicto *p*. trocisco (*post* faust.) *add. p*. ℞ ypoquisti (*sic*) *p*, ℞ et n̄t h̀ ipoquistide *c*. 20 luci indici *c*, litii. indic̄ *p*. omī trium ʒ V *c*: an̄. ʒ VI. *p (in marg.* ī å V *p*[c]*)*. 21 catmie *cp*. acatie ʒ XII. *p*. mirra *c*, mirre *p*.



balaustii ʒ X. colligitur vino myrtino et inicitur cum decoctione rubi aut myrtae aut mali granati corticis aut rosae siccae aut ramorum siliquae graecae. decoques in vino et aqua singillatim aut simul in uno, et praevaporatis partibus alterna mutatione spongiarum, supposito clunibus cervicali, inicies per enetera id est tibiam iniectoriam multis cavernulis perforatam quae appellatur polytretos.

collyrium suppositorium, quod Graeci ypotheton vocant, conveniens is maxime qui frequenti deiectione assellationis surgendo fatigantur. somnum etenim provocat, ventrem abstinet et quietam noctem laborantes transire facit. accipit autem croci styracis murrae castorei acaciae, omnium V ʒ singulas, turis masculi ʒ III. suco plantaginis colligitur et fiunt collyria sublonga.

ad exclusionem longaonis. erices carpu, gallarum,

1 in vino m. *c*. 2 vel mali *p*. cortices *c*, —c̄ *p*. 3 decoque (—q̄) *p*. 4 singulatim *cp*. 5 subposito *c*. 6 cruribus *c*. ptibienethera *p*, pt'ıbı ⁊ (et) edera *c* (*unde latentem voc.* tibiam *transposui post* i. = id est. *cf.* auliscon quem nos tibiam dicere poterimus *Cael. p. 191*). iniectorium *c*, —ria *p*. 7 multis — (9) Collirium *om. c*. perforata que . . . politreton *p*. 9 ipoteton *c*, ypoten̄ *p (cf. Alex. lat. f. 115*[b]*, gr. p. 462 ed. Bas. 1556. cf. p. 450 ἄλλο ὑπόθετον ἢ κολλύριον etc.)*. 10 et conv. *p*. c. maxime his qui *p*. is: his *cp*. 11 resurgendo *p*. 12 retinet *p*. transire facit *p*: . . ı|ſcere fac̄ (*sed mutata* c *in* í) *c* (*ubi scil. primae litterae, i. e. versus praecedentis ultimae, legi nunc non possunt*). Accipit autem *c*: ℞ *p*. 13 stiracis *c*, storacis *p*. mirre *p*, mire *c*. omnium *etc. haec dedi ex c. nam mire confusa* (*propter* turis masculi *notam duplicem*) *praebet p* (*post* acatie) *haec*: ypoquistidos suci. pini cortic̄. thuris mas̄. an̄. ʒ I. paria pondera collig̃. cum suco plantaginis et fac colliria sublonga confectum lenibus apponens. preloto ipso longaone uno bono subaustero aut lentisci vel mirre decoctione. addunt etiam gallas. cerusam. acatiam supradicto pondere. 16 *idem est τὸ ἡμέτερον πρὸς τοὺς προπίπτοντας ἀρχούς ap. Gal. XIII, 313 (ἐρείνης καρποῦ etc.) et Aet. 14, 7 p. 842.*

cerussae, acaciae, hypoquistidis suci, pini corticis, murrae, turis masculi, omnium VIII paria pondera. siccum appones levius confectum praeloto ipso longaone vino bono subaustero aut lentisci vel myrtae decoctione.

## XLVIIII. Ad ictericos.

Icterici dicuntur morbo regio laborantes. et est fortitudo fellis cum totius corporis insumptione. sequitur autem aegrotos ex infectione fellis pallor corporis cum aurium et oculorum crocei vel aurei coloris fantasia. unde ab aliquantis latine aurugo appellatur. sequitur autem ventris egestio humida, urina etiam fellita et corporis pruritus. et sunt ictericorum distantiae duae, una cum febricula, et appellatur a Graecis oxites id est acuta, altera sine febre diuturna quae appellatur chronites. sed illa quae cum febricula fuerit facta oxites ex tumore epatis fieri ostenditur, altera vero quae sine febre est chronites ex fellis dissolutione.

ob diligentiam vero curationis eam quam ex tumore epatis fieri intellexeris flebotomia in manu dextra in vena

1 ipoquistidi *c* (ypoquistidos *p*). mirrae (*propter* VIII) *addidi ex Gal.* (σμύρνης). 2 siccum appones lenis confectum (*sic*) *c* (ξηροῖς κατάπασσε *Gal.*). 3 levius (leībʒ *p*): lenis *c*. 5 Ad hyctericos *c*: Iterici dicuntur morbo regio *(pro rubr.) p*. 6 Hicterici *cp*. et est *p*: i. (id est) *c*. 8 autem *om. p*. 10 aurigo *c*. autem: a (*sic pro* aū) *p*, et *c*. 12 duae: *vid. Gal.* XIII, 229 (XIV, 735). 13 a grecis — appellatur *om. c*. oxites: *sic p*. 14 croniotes *p*, chronita|tes *c*. Sed *et* que *om. c*. 15 oxites *c*, oxith̄ *p* (—ten *supra* $p^c$). 16 chronites *c*, cronites *p*. 17 *post* dissolutione *haec addit c male interpoluta*: Hictericis in primis purgatorium dari convenit deinde flebothomare post ea color illa aliter non colligitur in suco de radicula frequenter in balneo per unguatur. Item ad desperatos hictericos rauani sucus sicca bibatur cum quocūque potu pam mane ieiunus. Ob diligentiam vero *etc.* 19 *de flebot. cf. Gal. XI, 92.* in vena cava mådia a. curabimus *p*.



media cava adhibita curabis. et post dies detractionis sanguinis expletos oleo anetino diligenter toto corpore perunctos lavacro calido ex aqua dulci lavabis.

aliud. apium cum modico aceto decoques usque ad tertiam partem et ipsam decoctionem cum modico melle potui dabis ieiunis ante lavacrum. hoc autem summe per urinas fel deducit.

alia potio ictericis. ervi subtorrefacti ℥ VI, fascis gallici, cornu cervini exusti ℥ binas, cyperi ℥ I, meu ℈ I. dabis coclearium cum aquae mulsae calidae cyatis III in lavacro.

aliud. piperis, rutae hortinae, seminis melanthii, iuniperi bacarum quas Graeci arceutidas vocant, cymini alexandrini agrii sicci, nitri vernicarii, omnium ℥ I. tundes et cernes et dabis ante lavacrum ieiunis coclearium I cum vino dulci. et si venter non fuerit, clystere deducendus erit ex decoctione cantabri et betae et coloquintidis cum oleo et afronitro et melle modico.

aliud conveniens is qui sine febre fuerint. in una coloquintide excavata mittes passum aut mulsam ex vino

1 detractionis (*om.* sanguinis) *p*: curationis sanguis (*sic*) *c*. 3 perunċto *p*. dulci *p*: *om. c*. 4 opıū *c*, app'os *p (cf. Aet. p. 647 extr.)*. aceto *c*: aneto *p*. dequoques *ante corr. c*. 6 ieiunum (—nuʒ) *c*. 7 fellem *p*. 8 Alia pocio hictericis *c*: Al' disintericis potio *p*. herbi subdorefci *c*, herbi rub' torrefacti *p*. 9 binas *c*, III (? *obscur.*) *p*. ciperi *c*: qpıs (quiperis) *p*. 10 cocl'r. *(et ita semper) cp*. cum aqua mulsa calida (—dos *c*) ciatis (—tos *c*) III. *cp*. 12 rute ortice semin̄ m. *c*, rute. cortice sicco semen m. *p*. 13 bacarum *c*: baccas *p*. arciotidas *c*, orotidas *p*. vocant *c*: dicunt *p*. 14 agrii: argui (arguí *sic*) *cp*. vermicarii *c*, uerui. carui *p* (*νίτρον βερενίκιον Gal. XIII, 568*). omı̄ cocl'r. I (*om.* ℥ I — ieiunis) *c*. an̄. ℥ I. . . . ieiunis cocl'r. I. *p*. 16 fluerit $p^c$ *in marg.* 17 coloquintide (—d' *p*) *cp*. 19 is: his *cp*. una *c*: uno *p*. 20 coloquintida *c*. cavata *p*. mittes *p*: —te *c*. ex vino melle (mellis *p*) temperatam *cp*.

melle temperato, quam appellant Graeci inomelitos, et calefacies et potui dabis per dies III.

aliud. silfii coclearium I cum vino mulso ante duas horas lavacri potui dabis. aut marrubii viridis suci coclearium unum cum vini mulsi cyatis III potui dabis aut anchusae coclearium I cum vino.

aliud. apoflegmatismum qui naribus infunditur, et a Graecis appellatur rinenchyton, eo modo quo superius in capitis passionibus scripsimus per triduum naribus infundes, et sanabis.

## L. Ad ventris et intestinorum reumatismum.

Est autem reumatismus ventris et intestinorum praeter febrem assellatio ventris humida, et aliquando cum morsu et aliquando sine morsu.

curatio autem eorum talis est, sicut Galenus ad Glauconem scribens ait: uti lavacris debebis calidis et constrictiva cibatione.

## LI. Ad colicam et iliacam.

Est autem colica passio tumor cum ingenti dolore totius ipsius intestini quod Graeci consuete colon appel-

1 ynomelitos *p*, momellitos *c*. 2 calefacis *cp*. per III. dies *p*. 4 potui — (5) dabis *om. p*. 7 Al' *p*: *om. c*. appoplegmatismū *c*, apofl'atism̄ *p* (*de apoflegmatismis v. Gal. XII, 566. 582*). qui: quod *cp*. et *om. c*. 8 renēticō *p*, mētıtō *c* (*Sim.* s. menticon = ῥινέγχυτον). eo *c*: eodem *p*. 9 passione *p*. 11 De reumatismo *p*. 13 asellatio *p*, aselatio *c*. 14 et (*om. p*) *add. p*c. et — morsu *om. c*, *ubi* cum morsu in eo curatur (—rat˜) autem eorum calēe sic̄ galienus *etc. in his* sine morsu *p* = in eo (*pro* sine eo?) *c*. 15 Cura *p* (*cf. c ad v. 14*). eorum *c*: ipsorum *p*. galienus *c* (gal' *p*) *ubi? in libro deperdito? an in textu versionis vet. latinae?* 16 ait uti lavacris dabis calidis et constrictiva vaporatione *c*, ait ſılʒ lavacra (—cri *ante corr.*) calida. et constrictiva cibatio *p* (*cf. Petr. p. 277*). 18 Ad c. et yliacam (*sic*) *c*, De colica passione *p*. 20 totis ıpīs īteſtīs collı qm̄ *c*, totius ipsius (ı?) intestini coli quod *p*. *cf. Cael. ox.* 3, 143.



lant, quod aliquanti inferiorem ventriculum dicunt. sequitur autem aegrotos dolor iuxta umbilicum initians frequenter a sinistro ilio, aliquando a dextro, cum constrictione ventris et doloris punctione discurrente per singula ventris loca, aliquando usque ad splenis partes vel epatis. efficitur cogente interclusa ventositate inter cutem et peritonaeon ⟨id est⟩ membranam quam vulgo mappam dicunt, quae ventrem sub cute circumvestit. et cum passio augmento dierum creverit, sequitur insomnietas, febricula et nausia cum frequenti vomitu humoris flegmatici, aliquando felliti. sin vero modicum retro circa renes aut circa urinales vias, quas Graeci ureticus porus vocant, subito natus fuerit dolor similiter ut colicis praeter vomitum et constrictionem ventris et febriculam, vastioris lapidis constrictionem in renibus significat.

ileos autem sive chordapsus est acutissima et molesta cum abstinentia ventris et vomitu et omnium intestinorum tumore distentio cum tortione simili torturae chordarum. unde nomen ileos sive chordapsus accepit. et cum passio increscere coeperit, spe sanitatis consumpta nimio intestinorum tumore, stercorum vomitus efficitur, ultimo etiam

1 aliquanti *c*: aliquando *p*. v. inicians dicunt *c* (*cf. ad v. 2*). 2 autem *om. p*. inici *et* (*post dittographiam verborum* consuete — ventriculum) *iterum* īıcıās *c*: ī tās (intrans) *p*. 3 ylio *p*, alio *c*. 4 dolor punctuosos discurrens *c*, dolores punctio discurrentes *p*. 5 et aliq. *p*. splenis *p*: ventris *c*. 6 cogente *p*: congruente *c*. 7 peritoēō (—toneón) *p*: pitonea *c*. id est *addidi*. *cf. Petronc. p. 275*. vulgus mapp'a dicit *p*, vulgo mappa dic̄t (dicunt) *c* (*Petr. p. 275*). 8 sub cute *p*: succincte *c*. 9 creverit *c*: cernitur *p*. 11 Sin *c*: Si *p*. 12 urinalem viam quam *pc*. ureticus porus *c*, uritiḍū porum *p*. 15 i. r. esse significat *p*. 16 cordapsum (—suʒ) *c*, cordapsonem *p* (—psoēʒ, *et iterum* psonē *p*c). est *c*: *om. p* (*ubi sc. coaluit cum chordapso*). mol. passio est cum a. *p*. 17 et int. omnium t. *p*. 18 tumore *om. c*. ſıl'ıt' ture *c*, simili tḍ'ṭēị *p* (*in marg.* tature *p*c). 19 ileos *c*, yleos *p*. cordapsum *c*, —son *p*.

pulsus concadit et corpus nigro colore fuscatur. efficitur ex antecedenti maiorum ciborum indigestione frequenti aut profunda perfrictione aut letali cibo sive potione accepta quam Graeci deleterion dicunt, ut fungis venenosis comestis aut quotiens intrinsecus in ipsis vitalibus membris aut in ipso omento conquassatio aut diruptio fuerit facta.

in curationibus vero colicos oportet, id est qui coli intestini tantum causa laboraverint, primitus in cruribus si vires patiuntur supra talos interiores venas flebotomare et ventris constrictionem acriori clystere relaxare ex decoctione cantabri et coloquintidis cum oleo anetino et afronitro cum melle modico. utendum etiam et sacculo calido ex cantabro, in quo antea fuerit decoctus aneti manipulus admixto modico oleo, et sub ipsa vaporatione adhibita tenui linteolo ac mundo et calefacto sudorem excitatum deterges, et manu calefacta chalastico perungues superius in tetanica passione memorato, et molli lana loca tutabis et fasciabis. etiam et lenticulam aeream vel testeam calida repletam ipsis locis dolentibus appones ob mitigandum dolorem.

aliud. anetum et cyminum decoques in olei ÷ IIII, et inicies post depositionem ventris. aut rutam decoques similiter in oleo et admiscebis resinam terebintinam ad modum coclearii unius, et inicies.

aliud. enema, id est iniectio, faciens ad tumores.

1 cū cadit *c*. eff. autem e. *p*. 2 malorum *c (Petr.)*. ciborum *om. c*. 3 perfricatione *p*. 4 greci *om. p*. 6 facta *p*: nata *c*. 7 colericos *p*. coli *om. p*. 11 et colo quin etiam et saculo *etc*. (*om*. tidis cum oleo — utendum) *c*. 13 decoctum a. manipulum: *sic cp*. 14 ipso *c*. 15 et (*post* mundo) *om. p*. 18 loca *p*: locū *c*. tutabis *c*: tubabis (*ut supra semper*) *p*. etiam — dolentibus *om. c*. 19 obmittigando *c*, ọḅmittigandū (ad) *p*. 21 anetum (*ἄνηϑον*) — 24 = *Ps. Gal. XIV, 379*. cimin̄ *p*, —num *c* (*cf. Gal*. XIII, 267). ÷ IIII. *p*, ?÷ IIII. *c*. 23 d. in oleo similiter *p*. admisces *cp*. 24 cocl'r. I. (I?. *p*) *cp*.



anetino oleo admiscebis butyri coclearia II, et uteris. aut pro butyro adipem anserinum mittes aut medullam cervinam.

aliud. enema colicon anodynon id est dolorem detrahens. recipit autem haec. opii ʒ I, alii capita integra numero III, rutae viridis manipulos II, olei dulcis et butyri libras singulas, picis liquidae ʒ IIII, cedriae ʒ II. rutam et alia conquassata coques in oleo donec frigantur, liquabis et cetera liquida commiscebis in uno et reservabis, et inicies post depositionem ventris medicaminis ʒ II, cum olei corpore ʒ IIII et S.

trociscus iniectorius anodynus colicis conveniens, et magis in ipso superpositionis tempore, quam Graeci epithesin vocant, id est in quo passio superimponendo dolores increscere facit. recipit castorei obolos IIII, opii ʒ II, iusquiami seminis ʒ I, styracis optimi isaurici ʒ III. aqua colliges et facies trociscos ʒ singularum aut binarum, et in usum conteres cum suco cantabri et inicies. summe operatur.

si nimietas fuerit doloris, Filonium antidotum in potione dabis.

1 amisces *cp*. butiro *c*, —rum *p*. 2 mittis *cp*. 4 colico *cp*. *De anodynis et colicis cf. Gal. XIII, 266 (cf. 89)*. 5 ℞ *cp*. autem h̓ *c*: *om. p*. alei *cp*. integra nūo *c*: *om. p*. 7 lıb' singl'as *c*: an̄. l'. I. *p*. cedie *p* (cedrine $p^c$), cedria *c*. 8 alia *c*: alleum $p^c$ (aleū *p*). conquassata *c*: —t̄ (= tum) *p*. coquis *c*. 9 liquabis et cetera liquida: liquas et cetera alia *cp*. ꝯmisces ʒ. IIII S. Trociscus *etc*. (*om*. in unum — corporis) *c*. commiscens in unum *p* (ꝛ = et *ante* in unum *add*. $p^c$). reserva *p*. 11 corpore: corporis *(sic) p (om. c)*. 12 iniectatoꝝ *c*. colericis *p*, *om. c*. 13 epithesī *p*, epitheson *c*. 14 in quo (*ante corr*. qua) *p*: *om. c*. dolorem *p*. 15 ℞ *cp*. obolos: *sic cp* (IIII *c*, III *p*). 16 stiracis optimi isaurici ʒ III *c*: ̣c̣astorac̄ ʒ IIIİ *p*. 17 cum aqua *p*. colligis et facis *p*, collig̅ et fac̄ *c*. singularum et binarum *c*, ʒ I. aut II. *p*. 18 unum *c*. 20 philon̄ *c*, filonium *p (Gal. XIII, 267)*.

aliud. ad colum et ischuriam id est urinae abstinentiam et ad strofum id est tortum ventris. cymini torrefacti et salis ϶ singulos, piperis grana XXX. dabis totum bibere cum aquae tepidae sufficienti modo. etiam et conditum nefreticum frequenter dari oportet, maxime si sine febre fuerit.

aliud. ad inflationem. epithima dia spermaton aut dia samsucu superius ad inflationem stomachi conscriptum appones.

aliud. ad colum. alium siccum cum modico melle pipere et coriandri foliis contritum addito liquamine cum oleo spano, aut cum iure pullino, non oleo sed condito commixto, mirabiliter colicis auxiliatur. aut certe ipsius alii spicas purgatas integras, si grandiores numero tres, si minutas V aut VII, vespertino tempore transvoret: omnem ventositatem cum flegmatico humore deducit.

si vero iliacam passionem signis supra memoratis agnoveris, praedicto passionis periculo, permittentibus viribus, ante quam ad stercorum vomitum perveniant, in brachio venam cavam mediam flebotomabis. si tamen nimietas doloris coegerit, etiam et vaporationibus et iniectionibus supra memoratis uti oportet. sed si forte nimia intestinorum verticula sive involutione acceptum

1 iscuriam: dis(s *c*)uriam *cp*. 2 ad scorofum ad torc̄ *c*, adstrictum i. tortum *p*. 3 ʒ singulas *c*. 4 bibere: libre *c*, *om. p (ut δίδου πίνειν Gal.)*. aqua tepida *cp*. sufficienti modo *p*: sufficientem modum *c*. etiam *om. c*. 5 neufraticū *c*, nefretic̄ *p*. maxime si *c*: ei maxime qui *p*. 6 febre *c*, —bri (—bꝫ) *p*. 7 epithimia *c*, epith'a *p*. 8 diasansucum *c*, —co *p*. 10 collum *cp*. aliū *c*, allium (*ante corr.* album) *p*. melle *om. p*. 11 foliis *p*: folio *c*. licamine *p*, modica aliqmine *c*. cum $p^c$: et *cp*. 12 pullino *p*: polline *c*. 13 commesto *c*, comestum *p*. 14 allei *cp*. nūo tres *c*: III. *p*. 15 si minutas *c*: minute *p*. transvorate *c*. 16 deducit *c*, —cunt (c̄t) *p*. 17 yliacam *p*, illicam *c*. 20 vena cava media *p*, venam mediam *c*. 21 etiam *om. c* (et *add.* $p^c$). iniectationibus *c*.



clysterem retinuerint aegrotantes, simul et ventris officio negato, oportet ex folliculo aerarii curam adhibere, quo possit supra memorata intestinorum verticula sive involutio accepto vento replicari. et fit hoc modo. intestina bubula mensura cubiti unius tubulo folliculi diligenter sparto ab una parte ligabis. similiter iterum alteram partem ipsius intestini osseo aulisco colligabis, et supino schemate iacenti aegroto inicies, subposito prius clunibus cervicali, et per podicem eremizato folle competenter ventum inflabis vel quam diu sibi patiens ventum usque ad stomachum sentiat. tunc auliscum detrahes et spongia calida expressa podicem obtrudes, et cum nimie assellare desideraverit auferes. sic enim poterit omnis stercorum vetustas correctis intestinis nimia ventositate excludi. dehinc ventri et praecordiis ex calida et oleo sufficienti ptygmata dabis. si vero nimia siccitas corporis fuerit, etiam ex calida et oleo semicupio depositis embasim adhibebis.

## LII. Ad podagram et arthriticam.

Est autem podagra causatio pedum nervorum partium ultimarum, ex qua contingit patientibus gressus corporis impediri. sequitur autem laborantes in ipso initio sensus

2 felliculo *cp*. aerarii (*cf. Cael. ox.* 3, 154): erari *c*, hetori $p^c$ (*ubi* to *ex corr.*). 3 intestinorum *p*: *om. c*. involutacōe (—cione) *c*. 4 bubule *p*. 5 tubulo: *in marg.* $p^c$ i. exsuflatorio. fuluculli *c*, felliculi *p*. sparto: spato *p*, spatio *c*. 6 parte *om. p*. ligabis *c*: religabis *p*. 7 ligabis *c*. iacentem egrotum *cp*. 8 sub posito *cp*. 9 ermiȝato $cp^c$, erimizato *p*. felle *c*, follem *p*. vento *cp*. 10 sibi *c*: si *p*. usque ad stomachum *p*: *om. c*. 11 detrahens *c*. podicem obtrudes *c*: pollicem obstinens obtrudes *p*. 13 omnium *cp*. vetustius corigere correctis (*sic*) *c*. 14 et: ac *p*. 15 (sufficientia |) tiginta *c*, ptigmata *p*. 16 fuerit corporis *p*. etiam in calida et oleo *p*, et calida ex oleo *c*. 17 semicapio *c*, soīcupıo *p*. depositos *cp*. ēbasī *p*: *om. c*. 18 Ad podegram et arteticam *c*, De podaga poda pass. *p* (Ad p. et arteticos *ind. p*). 19 pedum neuorum *c*, ped(. . . ra)lorum *p (cf. Gal. XIII, 332).*

doloris maioris digiti, nullis praecedentibus causis, cum rubore circa articulorum locum, et magis nocturno tempore. increscente vero passione plurimum articuli compatiuntur et digiti invertuntur et durescunt. veterescente autem passione, diuturno doloris tempore etiam et pori nascuntur, ex quibus aegrotantes lapides similes gypso emittunt. et torpor quidam accessionis tempore per membra patientibus discurrit. aliquando rigorem sentiunt, aliquando calorem. et sunt ipsius podagrae distantiae duae, est enim frigida et calida. cognitio autem illarum talis est. in calidiori fervor incendiosus cum vehementi dolore sentitur, apparente rubicundo tumore. in frigidiori vero inflatio subalbida efficitur. utrarumque autem sanatio ista est, in calidiori refrigerativa, in frigidiori calefactoria et eiectoria, quam Graeci diaforeticam vocant. et differt podagricus ab arthritico, quia podagrici in crure solum causationem habent, arthritici autem in omnibus articulis.

in curationibus autem ad calidam podagram mustelae sanguinem cum plantaginis suco inter ipsa initia illines.

aliud. coriandri folia aut iusquiami folia aut coliculi folia, non praesente iusquiamo, teres diligenter et super mittes medium panis mundi frigida et aquata posca infusi,

2 robore *cp*. circa locum art. *p*. 3 incr. passione vero pl. *c*. 4 patiuntur *c*. 5 etiam *om. c*. 7 corpori quidem *c*, cór quidam *p*. 9 et sunt — (15) vocant = *Gal. XIV, 384*. 10 i. (id est) frigida aut c. *p* (*ad rem cf. Cael. chr.* 5, 31). 11 calidiori *cp*, —o♃ *ante corr. p*. 12 frigidiori $p^c$ (—o♃ *p*, —ora *c*). vero — (14) frigidiori *om. c*. 14 calefactē *p*. 15 et exiectoria (*sic*) *c*: *om. p*. diaforesin *c*, diaffᵒᵒo|ta (—forata) *p*. 16 artetico *c*, aretico *p*. quia *c*: quoniam (qm̄) *p*. podagra incura solum habet arteticus autem *c* (*ad rem cf. Gal. XIII, 332*). in cura (īcura *c*, ī cuã *p*) *cp*. 17 artritici *hic p*. 19 sanguinem: cinerem *affirmat Diosc. p. 179* (*ex quo Galenus XII, 362*). *de sanguine aliter D. l. c.* 20 illinis *cp*. coriandri *p*: cantabri *c*. folia *post* iusquiami *om. c*. cauliculi *cp*. 21 presenti *c*. 22 mundi *om. c*. frigida et aquata pusca *c*, frigida et in aqua pusca *p*.



et simul teres et iterum admiscebis adipem porcinum recentem sufficienti modo, aut pro adipe oleum roseum modicum mittes et induces et appones bis in die, aliquando et semel in nocte, ad noctem vero praefotis pedibus, si aestas fuerit et iuvenis aetate, frigida aqua aut certe posca aquata, et postquam foveris deterges et sic appones. hieme vero posca calida fomentabis.

aliud. ad fervidos tumores. herbam lenticulatam de stagnis virentibus colliges et cum modico aceto tritam impones, et iugiter mutabis.

aliud. uvae lupinae sucum et coriandri sucum et iusquiami sucum in uno commiscebis et illines.

## LIII. Ad ischiadicam et psiadicam.

Utraque passio sub aquoso et frigido reumatismo efficitur. et est ischiadica causatio in vertebro, quod Graeci ischion vocant, quotiens ipse nervus interior inter vertebrum frigidissimo flegmate fuerit infusus. psiadicis vero musculi patiuntur similiter supra lumbos iuxta spinae

1 et iterum *p*: Item *c*. admisces *cp*. 2 adipem porcinum recens sufficienti modo *p*, adipem porcini recente sufficientem modum *c*. roseum *c*, ro. *p*. 3 mittis *cp*. inducis et apponis *c*, inductum apponis *p*. bis *om. p*. 4 et (*ante* semel) *om. p*. in nocte *om. c*. ad noctem *c*: in nocte (*iterum*) *p*. vero *om. c*. proforis *c*, p̄fo ᵗᶦˢris *p*. 8 tumores *p*: dolores *c*. h. lenticulatam (*sic*) *c*(*p*) = *φακὸν τὸν ἐπὶ τῶν τελμάτων Ps. Gal. XIV, 386*. 9 urētibʒ *c*, ᵘᶦʳᵉ̄unītibʒ *p*. colligis *cp*. (herba . . .) trita *p*: tutatā *c*. īponis *p* (—nes *c*). 11 et coriandri sucum *c*: *om. p*. 12 ī unū *c*, ī uıō (in vino *ante corr.*, in uno *corr.*) *p*. commisces et illinis *cp*. 13 Ad sciaticam et psiaticam *c*, De passionibus frigidi et aquosi reumatismi *p* (Ad sciada et psiada *ind. p*). 14 Utreque (Uterque *c*) passiones . . . efficiuntur *cp* (Utraque passio . . . reumate efficitur *Petr. p. 256*). 15 isciadica: psiaca *c*, psidiaca *p*. quod *p*, quam *c*. 16 iscion (*Cael. Aur. p.* 29. 31. *cf.* 547): coxile *p*, uoxile *c* (*item Simon* s. „Uoxile. g. vertebrum Cas. fe. ca. de sciatica"). 17 psia adadıcı⁹ *c*, sciadicis *p*.

finem adhaerentes ex interioribus ⟨atque exterioribus⟩ sibi coniuncti.

curationis vero tempore primitus oportet saccello calido torrido sale repleto loca dolentia vaporare et sub ipsa vaporatione oleo simplici tepefacto perunguere et post vaporationem adhibitam linteolo mundo calefacto sudorem excitatum detergere, et sic oleo laurino aut acopo metasyncritico defricare, donec sibi cutis virtutem medicamenti bene retineat, et post defricationem adhibitam lana munda operire et molli ac tenui calabrica ligare. quod autem acopum conficitur sic. olei communis et radicum cucumeris agrestis libras singulas. radices purgatas et concisas friges in oleo donec carbonescant mediocriter. post haec proicies radices et super mittes oleo colato cerae ʒ III, adipis porcini et taurini ÷ quaternas, et postquam soluta fuerint mittes galbani ʒ I, styracis calamitae optimi et resinae colofoniae ʒ quaternas, samsuci et stafisagriae ʒ binas, afronitri cibaria XIIII, pyretri, bacarum lauri, adarces, omnium trium ʒ senas, et movebis in uno donec coagulentur, et uteris.

aliud ischiadicis et psiadicis. iniectio ex decoctione coloquintidis et centauriae et cantabri modico cum oleo

1 ex interioribus sibi coniuncta *c*, extíbʒ ϑiūtıs *p* (*cf. Cael. chr.* 5, 1. 6). 3 oportet *p*: *om. c (non Petr. p. 256).* sacello *cp.* 4 loca dolere et sub i. v. *p*, loca dolentia vaporantia ī s. i. *c* (vaporare loca *Petr.*). 6 adhibitam *om. p (Petr.).* 8 metasin creticon *c*, meta sincretico c̄ *p.* 9 adhibitam *om. p.* 10 calabrica *cp.* 11 autem *om. p.* et radic̄ *p*: radicis *c.* 12 ul' sıngl'ıs *c*, an̄. l'. I. *p.* 13 carbones m. *c*, carbones cāt m. *p (cf. Cael. Aur. p. 409. 555).* 14 proicis *cp.* 15 et taurini *om. c.* ÷ quaternas *c*: an̄. ÷ IIII. *p.* 16 mittis *p* (—tes *c*). ʒ I *c*: ÷ I *p.* storace *p*, stratis *c.* 17 calamite *p*, —mitte *c.* optimi *c*: —me *p.* coloſtoīe *p*, colo sime *c.* ʒ IIII *c*, an̄. ʒ. IIII. *p.* sambuci *c.* 18 et *om. p.* ÷ binas *c*, an̄. ʒ. II. *p.* cibaria XIIII (? *cf. c. 44*): cibari ʒ IIII *p*, cibarii ʒ IIII. *c.* 19 adarces *p*: adaricis *c.* an̄. ʒ. VI. *p.* moves in uno *cp.* 21 sciadicis et psiadicis *p*, siadis et p⁹ piciadis *c.* 22 coloquintidis *p*, —de *c.*



veteri et nitro et melle modico adhibita vertebri humorem frigidum depurgat. si vero post secundam vel tertiam iniectionem minime fuerint relevati patientes, extrinsecus sub clunibus et humor ipse ostenditur, praeter ea oportet ipsos laborantes calido uti lavacro et loca quae fuerint oleo vel unguento polluta diligentissime pridie sapone lavari. dehinc alia die thapsiae suco ipsas illines partes et sines donec inflentur seu pustulescant, et post dies III aut V cerotario ex diachylon confecto uteris. sin vero nimis acerbus coegerit dolor, etiam et in cruribus supra talos interiores venas incides et post detractionem sanguinis factam medicamento emplastro ischiadico uteris. et conficitur sic. recipit adarces, sinapis, pyretri, stafisagriae, bacarum lauri, samsuci, nitri, piperis, omnium octo ÷ singulas, resinae frixae ʒ VI, cerae et olei veteris libras singulas. ne mòlle exeat, ʒ VI mittes olei.

## LIIII. Ad paralysim.

Est autem paralysis causatio nervorum qui singulis motibus membrorum inserviunt aut quorum naturali colligatione singula membra reguntur. ex qua contingit sine operatione effici partes quae patiuntur. et sunt distantiae

3 relevati *c*: revelati *p.* 4 sub cubitis humor *c*, sucūbʒ^et ꝛ humor *p.* ipse *om. p.* preterea *p*: postea *c.* 6 polluta *p*: pocula *c.* pridie (*sic*) *pro* prima die *cp.* lavacri *c*, lavare *p.* 7 sucū *c.* illinis *cp.* sinis *cp.* 8 pustulescant *cp (cf. Cael. Aur. p. 553).* 9 cerotario et *p*, centaurea ex *c.* diachilon *cp.* confectō (—tio) *p* (—to *c*). Sin *(ubi* n *in ras. corr.) p*: Si *c.* 10 acerbus *c*: acer (? *ex corr. incertum*) *p.* etiam *om. c.* 11 inferiores *cp.* incidis *c* (—des *p*). 12 medicamentum *cp.* ēplaustr̄ ~~ꝛ pſ~~cıdıac̄ *p*, ēpl'm sciaticuʒ ꝛ pſitiaticū *c.* 13 ℞ *c*: *om. p.* adaricis *c.* sinapi *c*: —pe *p.* 14 om̄i octo ʒ. singl'as *c*: an̄. ÷ I. *p.* 15 c'te. olei uteris. ſıngl'ıs ne . . . (*sic*) *c.* an̄. l'. I. *p.* 16 ne molle exeat (*sic*) *cp* (*forte scrib.* aut n. m. e.). 17 De passione paralisi *p.* 21 efficere *cp.*

paralysis duae. aliquanti perdito sensu tactus cum torpore paralysim patiuntur, hoc est ut neque frigus neque calidum cuti appositum sentiant patientes. aliquanti ex parte suprascripto sensu manente patiuntur. sequitur autem in passione constitutos, cum difficultate sensus et insolito usu, difficilis motus aut ex toto amputatus. et efficitur aliquando totius corporis aliquando partis, aut membrorum multorum aut aliquorum aut membri unius. et contingit frequenter aut ex frigore nimis acuto aut vinolentia aut indigestione frequenti aut immodico usu venerio.

in curationibus vero oportet ipsa prima die flebotomiam in brachio adhibere quod fuerit patienti parti contrarium, quod antispasin vocant. si vero sub plenitudine cibi aut vini fuerint aegrotantes, vomitum ad praesens provocabis ex ydrelaeo calido, id est ex aqua calida et oleo admixto modico sale, et sic secunda die flebotomabis et mundis ac mollibus lanis ex oleo calido membra patientis involves et fasciolis levibus fasciabis. post haec acopo thermantico ischiadicis superius scripto uteris et scarifatione ex levibus laceraturis, quas Graeci amychas vocant. et si forte in lingua contigerit, similiter scarifabis, et post scarifationem mulsam calidam frequenter coluendam dabis et a salsamentis vel liquamine, quod est

1 et post (*sic*) paralisim due *c*. torpore: corpore *c*, cōͤ2 *p*. 2 neque calidum neque frigidum *p*. 6 S̄S̄ *c*: supradicto *p*. autem *om*. *p* (in *om*. *c*). 5 constitutos paralisim corporis cum difficultate sensus *c*, constitutos difficultas sensus *p*. et insolito usu difficilis *p*, et insolitos usqȝ difficili *c*. 7 aliquando aut totius c. aut partis aut *etc*. *cp*. 9 aut ex *om*. *c* (*ubi* et extinguit fr. frigores). 11 ipsa *c*: *om*. *p*. pridiora (*sic*) die *c*, primo die *p*. 14 vini aut cibi *p*. 15 idroleo *c*, ydroleo *p*. 17 mollioribus *p*. 18 involves et fasciabis lenibus fasciolab' (*sic*) *c*, involvens fasciolis levibus fasciabis *p*. 19 acopum (—pū *p*) termanticum (—c̄ *p*) . . . scriptum *cp*. sciaticis *p*, —co *c*. 20 scarificatione *c*, scarifactione *p*. 21 amicas *cp*. 22 scarificabis *cp*. scarificationem *cp*. mulsa calida f. lavabis *p*. 23 a *c*: *om*. *p*.



paralyticis noxium, observabis. solatione vero uteris, quam eliosin dicunt, et gymnasio id est exercitio, et sinapismum et dropacem et drimyfagiam, omnia cyclico modo adhibebis, sicuti superius in passione capitis scribentes docuimus. et si nimius rubor in vultu apparuerit, et purgatorium cholagogum dabis, si tamen senilis aetas minime impedierit.

## LV. Ad quartanam.

Simplex quartana typica ordinatione prima die movetur et biduo interposito quarta die reformatur. si vero duobus diebus typi formam ostenderit, id est ut ipsum biduum prima die cum febre sola efficiatur et secunda die post exagitationem frigoris accessio febrium nascatur, et una die interposita quarta die reformetur, duplex quartana ostenditur. si vero per ipsum biduum inter horas diurnas et nocturnas tertio accessionem typicam senserint aegrotantes, una die sicut supra dixi leviores habeant et quarta die reformentur, tres quartanae esse significantur. et nascitur ex melancholico humore.

in curationibus vero quartanarios ab ipso initio oportet mediocriter et mite haberi et neque eis medicamentum

1 Solidatione *cp*. 2 gimnasio vel exercitiū *c*, gīg͛siis i. exercitiis *p*. sinapismo et dropace et drimifagia *p*. 3 oīa cidiaca mō *c*, oīa cidico m̊ (moīco *ante corr*.) *p*. et adhibebis *p*. 4 sicuti *om*. *c*. scribentes *om*. *p*. 6 colagogum *p*: coagulatum *c*. senilis *p*: iuvenis *c*. 7 De tipica passione *p* (Ad tipum quartinum *sic ind*. *p*). 8 tipica *p*: tipo *p*. 9 biduo — die *om*. *c*. IIII. die *p*. 10 (formam) ostenditur *c*, ostendit *ante corr*. *p*. ut ipsum biduum *p*: ut ꝑ ıp̄m iudiciū *c*. 12 post e. fr. *c*: exagitatione frigoris *p*. 13 et una die (I. die *p*) — (16) egrotantes *om*. *c*. IIII. die *p*. *hic notam habet* $p^c$ *in marg*. „Idem in passi⟨onario⟩. de pery febre. Nam cotidiani". 15 diuturnas *p*. senserit *p* (*ubi iterum* $p^c$ *in marg*. „Idem ī pa[s] — *i*. *e*. in passionario — de eodem c. Qui vero"). 16 una die *c*, I. die *p*. diximus *c*. leviorē *c*, leniores *p*. 17 reformetur *p*, —matur *c*. 19 quartaniorum *p*. *cf*. *Galen*. *XI*, *37 sq*. 20 mitte *cp* (mite $p^c$).

aliquod fortissimum dare vel apponere neque vacuationem aliquam facere, quam cenosin vocant, sive per clysterem acrem adhibitum sive per purgatorium datum sive per flebotomiam. sed postquam aegritudo pepsin fecerit, id est digestionem, post VIIII aut XI accessiones, quas Graeci episemasias vocant, adiutoria oportet impendere. nam et G a l e n u s ad Glauconem scribens ait: qui in ipso initio aliquod medicamentum dederunt, de simplici quartana frequenter duplicem fecerunt, similiter et in duplici dantes triplicem quartanam fecerunt. et iterum ait ipse supra memoratus G a l e n u s, se scisse medicum quendam in ipso initio aegritudinis ausum fuisse dare sub tribus quartanis laboranti antidotum quod appellatur diechidnon theriace sub ipso tempore augmenti, et increscentibus febribus ardentibus ac iugibus vel continuis hominem occidit. unde olim s e n i o r H i p p o c r a t e s commotus in aforismo generaliter dixisse ostenditur, maturatas causas debere curari, crudas vero minime. propterea admoneo ut post VIIII vel XI periodum, si forte nimia sanguinis plenitudo coegerit, in brachio sinistro venam medianam

1 evacuationem *c*. *hic* $p^c$ *in marg.*: Ypocrates ī ā dıg̊. Not̄ quod plures sunt cause in quibus errant faciendo clisterem. ut hic et in pass. ca° (capitulo) de malfactionibus. 2 tenosin *c*, chenosin *p*. vocant *c*: dicunt *p*. clistere acre (—crum *p*) *cp*. 3 adhibitum *om. p*. datum *om. p*. 4 pesī *cp* (pesin $p^c$ *in marg.*). fecerit *c*: *om. p*. 5 accessionis *c*. 6 episemasias *c*, episemas *p*. adiutoria *c*: *om. p*. 7 et *c*: *om. p*. galienus *cp (Gal. XI, 40)*. ut ad gl. *c*. qui (ὅσοι): quod (ꝙ) *p*, Quotꝙ (quotquot, *pro* quod qui?) *c*. 9 et *om. c*. in duplicem *p*. 10 quartanam *c*: *om. p*. 11 supra memoratus *c*: *om. p (cf. Gal. XI, 40)*. 12 ipso *om. p*. 13 laborantibus *cp*. diecnō *c*, dıacrudō *p* (*διὰ τῶν ἐχιδνῶν Gal.*). 14 tiriace *cp*. temporis augmento *cp*. 15 vel *c*: ac *p*. 16 olim *c*: al. (*sic*) *p*, als̄ (alius) $p^c$. ypocras *c*, ypocrates *p (Hipp.* III, 711 *Lips.)*. ī āfo *p*: amforismo *c*. 17 ostenditur hoc est dicere m. c. *etc. c*. 18 curare *cp*. ppea *c*: Preterea *p*. amoneo ut *p*, admone ut *c*. 19 IX vel XI *c*, nonum vel XI *p*. 20 medianam *c*: mediam *p*.



flebotomes, ita ut cum diviseris venam sanguinem currentem inspicias. quod si apparuerit niger et crassus, competenter detrahes quantum vires ipsius laborantis et causa et aetas et temporis et regionis qualitas exegerit. et maxime in spleneticis talis sanguis ostenditur. si vero ex contrario flavus et tenuis apparuerit sanguis, continuo abstinebis et nihil omnino detrahes, sed tantum diaetam eius ordinabis, id est vitae regulam, quae non inflet sed magis ventrem molliat cibis maxime consuetis. quod si minime fecerit ventrem, oportet inter initia molli clystere deducere, novissime vero acriori. et a porcinis carnibus abstinendum et ab omnibus quae similiter tenacissimum vel crassum humorem nutriunt et digestionis tardae esse probantur. vino vero utendum tenui et albo et mediocri virtute calido, et omnibus volatilibus praeter illa quae in aqua nascuntur et piscibus digestibilibus molliorem carnem habentibus et nihil in se crassi humoris retinentibus. etiam et salsamentis et sinapi uti oportet, et diebus aliquantis et dia trion pepereon antidotum in magnitudine fabae maioris aegyptiae cum calida ante unam vel duas horas accessionis dare. aut certe antidotum quod F i l a g r i u s synpepticon lexopyreton appellavit, similiter dabis, aut diaspoliten medicamentum. aut piper solum cum calida

1 flebotomabis *cp*. 2 inspicias *c*: aspicias *p*. 3 et cā *p*, vl' cās *c*. 4 et temporis *p*, e ʒ ṗme *c*. exigerit vel ostenderit *p*. 5 et *om. cp*. 5 ostenditur — (6) sanguis *om. c*. 7 retinebis *p*. Sʒ tm̄ dietas eius o. *c*, sed dietam o. *p*. 9 magis *c*: tantum *p*. cibis: ciuus (cıu⁹) *c*, cıō(?) *p*. consuetudinis *c*. quod si v. non fecerit *p*. 10 clisteri deduci *c*. 13 crossum *cp*. 14 comprobantur *p*. 15 et ab omnibus *p*. 16 mollem *p*. 18 etiam *om. p*. et (*ante* diebus) *om. cp*. 19 et (*ante* dia) *c*: *om. p*. pipereon *cp*. 20 f. egiptiace maioris *p*. cum calida aqua *p*. vel duas accessiones. | omſ (*pro* oras) *p*. 21 dare *om. c*. ut certe vel (ul') ant. *c*. filagricus *cp*. 22 sinpeptico lexopetias *p*, sinpepti celebs opitios *c*. appellavit *p*: appellatum *c*. 23 diaspoliten *c*, diaboliten *p* (diaspolites $p^c$). solū (solutum *ante corr.*) *c*: *om. p*.

aqua diurnis diebus ieiunis si dederis, recte facies. etiam et defricationibus ceromaticis et deambulationibus et lavacris calidioribus et ceteris exercitationibus usualibus omnino non prohibebis. et viscera eorum tali cataplasmate curabis, hoc est apii seminis, malvae seminis, bacarum lauri, cymini, pollinis lolii aut tritici, faeni graeci seminis, omnium VI cotylas singulas, lini seminis cotylas II, caricarum pinguium diligenter tunsarum numero C, mellis lib' I S cum calida et oleo concoques et cataplasmabis per dies numero III aut V. etiam et urinas provocabis potionibus diureticis supra memoratis. et purgatorium ex epithymo confectum, quod melancholicum depurget humorem, non solum semel sed frequenter dabis. cuius confectionem purgatorii superius ad maculas nigras scripsimus. et post purgationem adhibitam dia spermaton epithimate uteris, quod superius ad ventositatem stomachi scribentes memoravimus.

## LVI. Ad emitritaeum.

Emitritaeo laborantes sic intellegis. die inter diem accessionem patiuntur praeter tremorem frigoris. in initio accessionis impetum sentiunt in superiores pectoris partes circa arterias cum sudore calido et roscido in vultu vel

1 diurnis: diuturnis *cp.* si d. d. i. dabis (dederis $p^c$) et recte facis *p*, d. d. ieiunū si desideraverint recte facias *c.* etiam *om. c.* 4 cataplasmate *c*: catismate *p.* 5 hoc est *cp.* apii s. feniculi seminis (*quod om. c*). malve s. omnium cotilas singulas (*sic del.* $p^c$) baccarum l. *etc. p.* 6 lolii at^i^tici *c*, folii àt^i^tici (*ante corr.* attici) *p* (*et in marg. corr.* ī å lolíí). fenugreci *cp.* 7 om̄i VI *c*: omnium *p.* 8 nūo. C. *c*: cētū *p.* 9 lb' I S *c*: l'. I. *p.* concoques *c*: coques *p.* 10 nūo. III. *c*: .IIII. *p.* urinas *cp.* 11 supra: seu (*sic*) *cp.* 12 epithimo *c*: epith'e *p.* 13 non semel solum s. f. *p.* dabis *om. c.* 14 cuius purgatorii conf. *p.* 16 epithimate *c*, epith'ate *p.* et quod *p.* 18 De hiis qui habent vitium emitritei *p* (Ad emitriteum *c et ind. p*). 19 diem inter d. *p.* 20 tremorem *p*: tūoris *c.* 22 rosido *c.*



fronte cum ingenti impetu excluso cum pulsu valido. contingit autem frequenter aestatis tempore iuvenibus ex commotione rubei fellis.

ob diligentiam vero curationis ante solis ortum herbae semperviventis, quam aizoon vocant, folia X rapies et tempore galli cantus prima die folia V teres et cum aquae cisterninae calice uno potui dabis, ita ut ex ipsa potione modicum in calice restet, et ex ipso residuo liquore tanges leviter nervos cervicis cum collo et thorace et spina, et levi ac tenui et tilto operimento operies patientes. hoc per triduum facies sicut dixi. prima die V folia dabis, secunda VII, tertia VIIII, et sanabis.

## LVII. Ad typum tertianum manifestum.

Tertianus manifestus a Graecis acribes appellatur. et efficitur maxime tempore aestatis sub ingenti commotione flavi fellis id est rubei, quod Graeci xanthen cholen vocant. curationis vero tempore postquam aegritudo pepsin fecerit, hoc est post III vel IIII periodos sive accessiones, ⟨quas patiuntur die inter diem,⟩ in prima anetica die,

2 autem *om. p.* 3 rubri *p.* 4 vero *om. c.* 5 aizon *cp* (*cf. Apul. herb. 123* 'ad hemitritaeum). X (*sic*) *cp. fort.* XXI? rapies: rapis *c, om. p.* 6 .V. *c*: VIII *p* (*sed in marg.* $p^c$ ī å V). cū aqua cisterne calicem unū *c.* 7 calice in uno *p.* 8 liquore *c*: liq̄re *p* (*sed supra* rigore $p^c$). tangis leniter *cp.* 10 et trito (t^i^to *p*) *cp.* operis *cp* (oper. pat. operis *p*). 11 facies *c*: facis *p.* 12 tertia die *p.* 13 De tertiano *p* (Ad tipum tercianum manifestum *ind. p*): Ad veram tercianam *c* (*item ind. c*). 14 Tertianus *etc.* (*sc.* tipus) *cp.* acribes *p*: *om. c.* 16 rubei *cp.* quod: q̊s *p*, qꝫ (quam) *c.* ex an̄colen (*id est* ex ante colen) *c*, exācolō *p.* 17 curationis — postquam *om. c.* pesīt (pepsin $p^c$) fecerit *p*: pepsin ⟨*add.* quam?⟩ vocant fecerunt *c.* 18 vel IIII *om. c.* 19 q̄ sepissime dicūt die inter diem (*sic*) *c*: *om. p.* ıp̄a enetica die I. dimosoria *c*, in prima igitur anetica die una (*sic*) dimissoria *p.*

id est dimissoria, oportet cumprime aegrotum ydrelaeo calido perunctum lavare calidiori lavacro ex aqua dulci praeparato, et maxime illos lavacrorum amatores, quos Graeci filolutruntas appellant. et postquam calidioribus cellis egressus fuerit, in piscinam descendere facies. etiam et urinas simplici apozimate provocabis ex decoctione apii et aneti, quo possit humor ille fellitus per urinas depurgari. vino vero antequam aegritudo pepsin faciat prohibebis. postquam vero fecerit pepsin, tenue et aquatum concedes. et mulsam frigidam sub hora accessionis post primam periodum potui dabis, quoniam fel rubeum, ex quo causa movetur, super omnes humores in corpore sicca et amara virtute viget, ideoque ut supra dictum est competenter humectando et refrigerando et obdulcando sanabis. sic enim omnia contrariis sibi rebus curantur.

fysicum ad typum tertianum. coriandri seminis grana III post tertiam vel quartam periodum dabis nescienti in ovo sorbenda ante solis ortum ante accessionem, et sanabis.

### LVIII. Ad typum tertianum non manifestum.

Non manifestus tertianus a Graecis nothus appellatur. hic typus sordidus a Graecis ryparos appellatus sub frigidiori

1 oʒ cū p̄me egrotum *c*, oportet egrotum primo *p*. idreleon calidum *c*, ydrolee (—l'e) calido *p*. 3 p̄parato *c*: temperato *p*. 4 filolutrūts̄ *p*, filolutimidos *c* (*Gal. XI*, *34*). 5 in *om. cp*. facis *cp*. etiam — provocabis *om. c*. 7 et tanei *c*, et an̄. *p* (et aneti *p*ᶜ). quod *p*. vinum *cp*. urinas *c*: —nam *p*. depurgari: provocari (*sic*) *cp*. 8 pepsin *cp*ᶜ (pesī *ante corr. p*). faciat *p*: facit *c*. 9 pepsin fecerit *p*. 11 primum *cp*. quoniam *p*: quā *c*. 12 causa (cā) *cp*. 13 ut — (14) refrigerando *c*: *om. p*. 17 tercium vel quartum *c*: III. vel .IIII. *p*. in ovum (ovo *c*) sorbendum (—d') *p*. 18 a. ortum solis *p*. ante (acc.) *p*: aut *c*. 19 De non manifesto tertiano *p* (*in quo tamen male antecedit cap.* „De typo quotidiano"), Ad tipum tertianum non manifestum *ind. c (et p)*: Ad notham tercianam *c*. 21 riparos *cp*. appellatur *c*. frigidissimo *p*.



flegmate et fellis flavi commixtione efficitur, et similiter die inter diem sicut acribes tertianus movetur, sed in ipsis accessionis horis inordinatus invenitur, et si autumni tempore fuerit natus, in quartanum frequenter vertitur typum.

propterea curationis tempore ex initio die inter diem reficies aegrotantes, hoc est ut die ipsa qua accessionem patiuntur ieiunent et die anetica recipiant. sed si forte ieiunium minime potuerint tolerare, remissionis tempore recipiant. et postquam pepsin fecerit aegritudo, id est post IIII periodos sive accessiones, quas Graeci episemasias vocant, praecordia eorum cataplasmabis, sicut in cotidianariis, et lanis mundis loca tutabis et fasciabis, et si venter non fecerit, non valde molli clystere deduces. dabis etiam his et ptisanae sucum ex aceto et melle puleio pipere cymino origano confectum. etiam et urinas provocabis ex decoctione apii et dauci et aneti et spicae indicae, et post haec absinthii pontici infusionem per triduum ieiunis dabis aut oxymellis, vel ea quae ventrem molliunt, et sanabis.

### LVIIII. Ad typum cotidianum.

Typus cotidianus graeco vocabulo amfemerinos sive cathemerinos appellatur. et efficitur sub frigidissimo flegmate quotiens os ventris ipso humore fuerit infrigidatum.

2 diem *p*. agribes *c*. in *om. c*. 3 accessionibus horis *cp*. aūtumpno tempore *c*, ī autūno tempore *p*. 6 reficis *cp*. 7 reficiant *c*. 8 remissionis *c*: dimissionis *p*. 9 refficiant *c*, reficiant *p* (*sed in marg. p*ᶜ ī å recipiant). pᵉſī *p*, pessim (pessmi) *c*. 10 accessionis *cp*. episemasias *c*: epimiſcos *p*. 12 tutabis *c*: tubabis *p*. 13 venter non fecerit *p*: venter non fuerint *c*. clisteri *c*. 14 dabis etiam et his ptisane *p*, datū ēt ius et tipsane *c*. 15 pullegio p̊p̊ cimino erigano *c*: puleio et pipere et organo *p*. etiam — (17) haec *om. c*. 18 ieiunus (—n⁹) *c*. oximellis *cp*. 20 emolliunt. 20 De typo cotidiano *p* (Ad tipum cotidianum *ind. cp*): Ad cotidianam *c*. 21 āfemerinus *c*, amfimerinos *p*. 22 cathemerinos *cp*.

in curationibus vero primitus aegrotum trispermo cataplasmabis, id est tribus seminibus ex faeni graeci et seminis lini et hordei pollinibus cum aqua et oleo et modico melle concoctis. et postquam tuleris cataplasma, ipsa loca calido sabano deterges et oleo anetino tepefacto perungues, et sic lana munda ac molli operies et fasciabis. etiam et oxymel diurnis diebus ieiunis cum aqua apiata calida dabis. novit enim crassitudinem flegmatis incidere. etiam et urinas eorum provocabis ex decoctione apii et feniculi radicum cortice. etiam et ventrem flegma deducentibus et vomitum ex radicibus provocabis. post haec epithima dia spermaton appones.

## LX. Ad efemeras.

Simplices febres **Hippocrates** efemeras appellavit, sicuti **Galenus** ad Glauconem scribens primo libro edocuit. et contingunt frequenter ex antecedenti labore aut vinolentia aut iracundia aut tristitia aut ex indigestionibus aut aliqua cogitatione animi vehementi, aliquando et ex inguinum dolore, quotiens glandulosa praeter aliqua ulcera fuerint ipsa inguina.

1 tuspermon *c*, trisperimon *p*. 2 fenugreci *c*, feñǵ *p*. 3 lini *om. p*. 5 sabano *p*: sapone *c*. 6 perunges *p*. lana *c*: cum lana *p*. ac *c*: et *p*. operis *cp*. 7 etiam et: etiam *p*, et *c*. oximell' *c*, oximel *p*. diuturnis diebus *c*, diebus diuturnis *p*. ieiuniū *c*. cum apiata calida *p*, cum aqua tepida piata calida *c*. 8 incidere *p*: scidere *c*. 9 etiam *om. c et ante corr. p*. 10 radıc̄ *cp*. corticē *c*, —c̄ *p*. ventrem *om. c*. 12 ꝯ(com)ponis *c*. 13 De effimeras *c*, De febribus effimeris *p* (Ad effemeron *ind. c*, Ad effimeron *ind. p*). 14 ypocras *c*, ypocratico(e?)s *p*. efemeras *c*, effimeras *p*. appell'aū *p*, —latū *c*. 15 galienus *c*, G. *(sic) p (Gal. XI, 6)*. edocuit *c*, ⁊edocuit *p*. 16 contingit *cp*. violentia *p*, vindemia *c* (*cf.* μέϑας *Gal.*). 18 ā aliq̊ cogitacōe animi *c*, aut filiis (aliis $p^c$ *in marg.*) cogitationibus animi *p*. vehementer (—m̄t *p*) *cp*. et *om. p*. ex ing. dolore (contingit *add. p*): ἐπὶ βουβῶσι *Gal.* 19 glandulose p̄ter aliqua ulc'a fuīt *c*, glandulosa aliquando ⟨et *add. corr.*⟩ ulcerosa fuerint *p* (πλὴν εἰ μὴ χωρὶς ἕλκους φανεροῦ γένοιντο *Gal.*).



in curationibus autem oportet aegrotos plurimo oleo mollioribus manibus defricari et lavacris frequentioribus curari, etiam et cibo diurnis diebus refici, sed tamen ab indigestione custodiri. vinum vero aquatissimum et lene potui dabis, et illos maxime qui nimia corporis ariditate laboraverint, plus solio immorari quam in aere iubebis, et sanabis.

## LXI. Ad causon.

Causos latino sermone febris incendiosa dicitur. et fit aliquando cum deliratione, et maxime quotiens tumor epatis et splenis apparuerit, ex multa ciborum comestione inflammatio erigitur et inurit cerebrum et maniam facit, quam nos insaniam dicimus.

curationis vero tempore oportet in ipso initio permittentibus viribus aegrotum in brachio flebotomare, si tamen aetate iuvenis fuerit. et si ex encauseos caput doluerit laborantis, id est ex adustione, ex oleo omfacino embroce uteris aut ex aceto et rosaceo, quod oxyrodinon vocant. non praesenti vero rosaceo pro rosaceo oleo omfacino frigido uteris, id est IIII olei partibus unam aceti admiscebis. sin vero plus infrigidare volueris, ex aequali

2 defricari — frequentioribus *om. c*. 3 etiam *om. c*. diuturnis *cp*. reficis *cp*. 4 custodi *cp*. vinum (—ū) v. aquatissimum (—ū) et lene (—nē *c*) potabis *cp*. 5 maxime *om. c*. 6 in solio *p*. 8 De causone. que febris incendiosa dicitur *p*. 9 Causon *cp*. 10 deliracōne *c*: declinatione *p* (debilitatione $p^c$ *et iterum in marg.* ī å c̄ d'ltatoē *sic* $p^c$). et (max.) *om. p*. tumor *p*: humor *c*. 12 inflatio *p*. erigitur et nutrit *c*, erigitur. Inurit *p*. 14 oportet *om. c*. ipso *om. p*. 15 si tm̄ etate *p*: si tp̄r (tempore) *c*. 17 doluerit laborantes *c*, doluerint laborantes *p*. onfacino *p*, —cio *c*. 18 embrocem *c*. oxirodion *c*, oxirodiñ *p*. 19 presenti (p̄nti *c*) *sic cp*. vero *om. p*. rosaceo (*ante* pro) *om. c*. omfacino *p*, —cio *c*. 21 admisces *c*, amisces *p*. sin *c*, Sịn (*i. e.* Si $p^c$) *p*. et ex *p*.

modo temperabis. et si venter non fecerit, clystere deducendus erit ex decoctione cantabri aut betae cum oleo et afronitro et melle modico.

alius clyster lexipyretos conveniens maxime post depositionem ventris. sucum ptisanae et lini seminis, ovi crudi medium, olei rosacei et chamaemelini quod suffecerit. post haec humido et frigido cibo reficies, id est lactucarum murturias elixatas et frigidas cum modico sale et cisternina aqua et oleo spano et aceto in cibo dabis, aut cucurbitam incisam cum suo corio elixatam similiter dabis, si tamen nimia fuerit sitis. si vero sitis minime fuerit, non frigidis sed humidis tantum cibis nutries, id est sorbilibus multa aqua solutis, ut sunt ptisanae, ova sorbilia, micae panis diligenter elutae et cetera quae in sorbitionibus similiter accipiuntur.

alimma lexipyreton id est perunctio ad febres aestatis tempore, si aeger nimio febrium aestu bullire coeperit, et magis in aetate ferventi. cucurbitam viridem rades et eius corticem exprimes et adiunges sucum uvae immaturae et acetum excellens et oleum rosaceum aequali

1 venter non fecerit *p*: ventrem non fecerint *c*. clisteri (*ut supra*) *c*. 4 Aliud *c*, aliū *p*. clistere lixoperitus *c*, cliste' (—tere) lexpıt? *p* (*ubi* lexperitus *del.* *p*ᶜ). 5 sucum (—c̄) *p*: Sucus *c*. ptisane *p*: tipsane *c*. 6 camomellini *p*, calnolli (*sic*) *c*. suffic̄ *c*, suffic̄ (—citur) *p*. 7 cibo reficies *c*: cibo et frigido potui refici *p*. lactucas mamas elixatas *c*, lactucarum mūturirias (*sic*, *in marg.* *p*ᶜ ī å murturias elixatas *p* (*cf.* *Philum. ap. Aet.* 5, 78 *καυλοῖς θριδάκων ἀπεξεσμένοις μετ' ὀξυκράτου ὑδαροῦς*). 9 spano *cp*. 10 et (elix.) *c*. 11 Sʒ tn̄ si n. *c*, si tn̄ n. *p*. mīme ~~nō~~ | fuerit non fr. *c*, minime fuerit ṇ non fr. *p* (*fort. scr.* minime fuerit nata non fr.). 12 tantum: tm̄ *c*, tn̄ (tamen) *p*. nutris *cp*. 13 ut sunt: i. (id est) *cp*. ptisine *p*, tipsane *c*. 14 micas *c*, miciās *p*. elutas *cp*. 15 accipiunt *c*. 16 Alimina *c*, Alima (ig *p*ᶜ) *p*. lexiperiton *cp*. febres *c*, feb' *p*. 18 magis *p*: maxime *c*. fervente *c*. radis *p*, radix *c*. 19 exprimis *cp*. adiungis *p*, adungues *c*.



mensura. omnia commiscebis et adicies ovum unum crudum et in ampulla mittes, quam in frigida aqua submissam infrigidabis. et quando uti volueris, agitabis ut unum corpus liquor ipse faciat, et sic de embroca lanea aegrotum perungues, etiam et capiti eius aliquantum infundes.

alia perunctio lexipyretos, ad causon et ad iugem sive continuam febrem, quam Graeci synochon dicunt. cucurbitae rasuram exprimes et rosaceum oleum admiscebis aequali modo, et cum diligenter miscueris ut frigidum sit, totum corpus perungues. aliquando et ptygmata frigida in eodem liquore infusa sufficienter, visceribus superimpones, si tamen aestas fuerit. hieme vero calida et oleo rosaceo ptygmata infundes et similiter visceribus appones.

sed si forte aliqua tensio praecordiis occurrerit, cataplasmate uteris. dactylos nicolaos numero V per diem aqua calida infundes et conteres et in calida resolves et adiunges olei rosacei modicum et super mittes lini seminis partes II et olei partem I. et post dies cataplasmatis expletos lexipyreto uteris. facit enim ad febrem

1 commiscis *c*, —cēs *p*. ovum crudum .I. *p*, cıuıū (ovum unum?) crudum *c*. 2 ampula *c*: ampullam *p*. frigidam aquam *p*. 3 infrigidabis *c*: in frigida dabis *p*. 4 lana *cp* (lanea *p*ᶜ). 5 perungere *p*. etiam *om. c*. capiti eius *c*: capitis ei *p*. aliquantulum *p*. 7 lexiperiton *p*, lexipetitetō c. 8 sinodum *c*, sinecon *p*. 9 exprimis *p*. admisces *c*, amisces *p*. 10 ita ut *p*. 11 perunges *p*. ptigmata (*om.* et) *c*, eẋptimata *p*. 12 sufficientem *c*, —tia *p*. v. super inponis *c*, v. appones *p* (*qui transit ad v.* 33: *nam* Si tn̄ — appones *in marg. addit* *p*ᶜ). 14 tipmata *c*, ptigmata *p*ᶜ. 16 Sed *om. p*. afbcuı̃t *p* (obcurrerit *p*ᶜ). cataplasma *cp* (*qui addunt* lexiperiton *c*, lixoperiton *aut ante corr.* lixopaton *p*. *quod delendum videtur. cf. v. 21*). 17 uteris hoc modo d. *p*. nūo *c*: *om. p*. 18 in aqua *cp*. infundes — calida *om. c*. et *om. p*. 19 adungues *c*. mittis *cp*. lini semen par. II. *c*, lini seminis pollinis ſeı̄s partes. II. *p*. 21 lexiperiton *cp*. enim *om. p*.

calidam intercidendam vel si fervor fuerit in stomacho. croci dr̄ S teres cum suco cucurbitae et suco lini seminis et suco portulacae aequali modo, cerae ʒ VI concisas cum sufficienti oleo rosaceo solves et cum infrigidaverit rades et in mortario simul commiscebis. et exinde duos inductos facies, unum appones et cum calere coeperit tolles et alterum frigidum impones. hieme autem Nileos lexipyreto uteris, quod superius in splenetica passione scripsimus.

si tarde desudaverint, oleo chamaemelino cum modica tepida die critica perungues et sufficienter aegrotum operies, et statim sudorem provocabit. quod si non provocaverit, periculi indicium est aut prolixam aegritudinem ostendit, quam macronosian dicunt. sunt autem dies critici quibus per sudorem prospera aegrotis determinatio febrium sive discussio fieri solet, id est aut III aut V aut VII aut VIIII aut XI aut XIIII, hoc est duae ebdomades coniunctae, aut XVII aut XXI aut XXX. si vero nimia febre aegroti corpus desiccatum fuerit, ut etiam et lingua ariditatem ostenderit, die critica, ut supra dictum est, oleo chamaemelino singulariter totum corpus perungues et in calida semicupio depositum usque ad guttur embasi adhibita fomentabis et exinde in lectulo competenter operies,

2 croci dr̄ *c*: croci ⟨ūccıā. *in ras.*⟩ S. *p*. s. seminis lini *p*. 3 concisa *p*, cū cias *c*. 5 simul *om. c*. commisces *cp*. 6 facis *p*. inductos *(sic) cp*. unum: īmū *p* (⁊ unū $p^{c}$), unū *c*. 7 īpones *c*: appones *p*. nileos *p* (*sed* lineos *supra* $p^{c}$), nigellos *c*. *cf. c. 42 extr.* 8 le(i *c*)xiperiton quam *cp*. 10 Et si *p*. camomelino *p*, camomillo *c*. 11 die cretica *c*, diacretica *p*. 12 operis *cp*. provocat $cp^{c}$ (—cāt *p*). 14 macronosian *c*, —noxiam *p*. cretici *cp*. 15 egrotis *om. p*. 16 aut V. die *c*. 17 XIIII *p*: XIII *c*. hoc est duas ebdomadas coniunctas *(sic) c*: *om. p*. 18 aut XVII *om. p*. XXX *p*: XXV *c*. 19 egrotū corpus descicatum f. *c*: corpus egrotantis f. desiccatum *p*. lingue *p*. 20 ostenderit $p^{c}$: —dit *cp*. cretica *cp*. supra *om. c*. 21 camomelino *p*, camomilla *c*. corpus totum *p*. 22 deposito *cp*. basī *p*, bassin *c*. adhibito *cp*. 23 operis *cp*.



et continuo sudabit. et si forte sitis nimia eos astrinxerit, rodomeli aquae calidae admixtum potui dabis.

aliud ad repulsandam sitim, quod adipson vocant. myxa aqua infundes et ipsam infusionem dabis ut in ore contineant frequenter.

aliud. lini seminis sucus collutioni oris adhibitus sive transvoratus sitim mitigat.

aliud. olei rosacei dimidium coclearium et ovi album et tenue simili quantitate commiscebis et sorbendum dabis.

aliud quod appellatur a Graecis oenomeli, faciens ad nimiam sitim et fervorem extinguendum, et conficitur sic. mellis optimi partem I et vini partes II in uno commiscebis et repones, dehinc tempore caniculari soli dabis diebus XL, et uteris.

aliud. ad linguae asperitatem. oleo rosaceo suco seminis lini admixto frequenter de penna tanges.

aliud. ad causon. postquam pepsin fecerit aegritudo, die critica captato tempore imminentis discussionis secundum aetatem et vires et causae magnitudinem et temporis et regionis qualitatem, frigidam nimis aquam ad satietatem bibendam dabis, et sanabis.

1 nimia sitis *p*. a(st'n?)xeris *c*, affecerit *p*. 2 rodomel *(sic) c*: *om. p*. aquā calidam admixtum *c*, aq̄ cā mixt̄ *p*. 3 repausandum *c*. ad ipson *c*: adıpōt9 *p*. 4 mixā *p* (mixas $p^{c}$), mixta *c*. *cf. Garg. Martialis med. c. 59.* effusionem *p*. 5 frequenter egrotantes *p*. 7 si et ovi albumine (*om.* ve — cocl'r) *c*. 8 album *p*: albumine *c*. 9 similem quantitatem *cp*. commisces *c*, —cēs *p*. sorbend' *p*: potui *c*. 11 cionomelitos *cp (cf. Diosc. 5, 16).* 13 mel optimū *c*. et vini: nimiū *p*, ininū (*vel* minū) *c*. in uno commisces *cp*. 16 oleum rosaceum (ro. *p*) suc̄ (suci *c*) seminis lini a(d)mixtū (—t̄ *p*) *cp*. 17 de *c*: cum *p*. 18 ad *om. p*. pesin *c*. 19 cretico *c* (—ca *p*). captato *c*: caprato (*sic*) *p*. 22 ad sacietatem *c*: ad faciē *p (in marg.* ad ſacie *sic* $p^{c}$*).* bibendam dabis *p*: dandum bibendum dabis *c*.

## LXII. Ad freneticos.

Est autem frenesis immutatio mentis cum febre in uno perseverans. et efficitur maxime ex nimia adustione, quod ex encauseos dicunt, aut ex vinolentia. sequitur autem aegrotos febris acuta, rubor vultus, multa mobilitas oculorum cum tensione, lucubratio sive insomnietas, pulsus parvitas, quam microsfyxian dicunt, mentis alienatio et crocydismos id est flocorum electio, si quidem digitis frequenter ipsi patientes operimenta attractare videantur. aliquando e parietibus stipulas legunt, quod Graeci carfologian appellant. et aliquando cum hilaritate frenetizant, aliquando vero cum tristitia.

in curationibus vero inter scapulas circa spondyli locum cucurbita cum scarifatione uteris, et post haec praetonso pressius capite lanis oxyrodino infusis operies. et si venter non fecerit, clystere deducendus erit.

aliud. hederae albae folia in aqua decocta cum aceto et rosaceo trita et per linteolum eliquata et capiti supino schemate iacentis infusa frequenter, somnum adducunt freneticis.

aliud. in calida et oleo rosaceo ptygmata infusa et apposita a tergo inter scapulas et pectori, frequenter humectato thorace, somnum faciunt.

1 De frenesi *p*. 2 frenesis *c*: freneticis *p*. 4 quam encauseos d. *cp*. violentia *p*. 6 cū intentio *c*, c̄ tensio *p* *(cf. Cael. Aur. ox. I, 36)*. lucubratō *p*: ī brachio *c*. 7 microsfia *c*, migͦfia *p*. 8 flocorum etiectio *c*, florum electio *p*. 9 patientis *c*. atratare *c*, adtractare *p*. videntur *p*. 10 e *c*: *om*. *p* (a *add*. *p*ᶜ). carfologia *c*, —am *p*. 11 cum *om*. *cp*. freneticatur *c*, frenetidiāt *p*. 12 vero *om*. *p*. 13 spondilii *c*, spondiliorum *p*. 14 scarificatione (—ficōne *c*) *cp*. 15 pretunso *c*: preraso *p*. exiridino *c*, exirodiñ *p*. operis *cp*. 16 si venter *cp*ᶜ (sumtem *ante corr*. *p*). clisteri *c*. 17 Aliud edere albe *c*: Albe edere *p*. cum aceto et r. *p*, in aceto et cum r. *c*. 19 iacenti *cp*. ⁊ somnum *p*. adducit (—c̄ *p*) *cp*. 21 ptimata *p*, —ca *c*. 22 pectoris *cp*. 23 et (somnum) *c*. facit (fac̄ *p*) *cp*.



aliud. opium aceto resolutum et fronti illinitum et naribus appositum somnum facit. aut certe ipsum opium floculo inclusum et filo ligatum podici inicies, et cum soporati fuerint detrahes.

unguentum soporiferum freneticis conveniens. codyas id est papaveris agrestis capitella, serpillum, hederae folia, castoreum, omnia IIII in aqua et oleo decoques et ipso oleo uteris.

aliud. hederae folia, chamaemeli flores, spondylion, herpyllon, herbam papaveris hortini, sisymbrium, omnia sex simul in aqua et oleo decocta et capitis fotui adhibita dormire faciunt freneticos.

## LXIII. Ad lethargicos.

Lethargici dicuntur ii qui sensibus obtusis cum oblivione mentis acuta febre iactantur. sequitur autem patientes ut supra diximus febris acuta, sensuum pressura somno similis, insensibilitas, motus difficultas cum pulsu extanti et inani. et contingit frequenter haec passio senibus magis aetate quam iuvenibus, tempore vernali.

in curationibus vero primitus sicut in freneticis scarifabis aut acriori clystere evacuabis et caput oxy-

1 solutum *c*. et — (2) facit *om*. *c*. 3 floculum *c*, follicl'm *p* (—l'o *p*ᶜ). et *p*: a *c*. initiēs *p*. 4 opati *c*, sepati *p* (sopati *p*ᶜ). trahes *p*. 5 codias: *sic cp*. 6 capitula *p*. 7 omnes IIII *(sic)* *c*, *om*. *p*. 9 folia *om*. *c*. camemoli *p*, camamelini *c*. spondilii heripilion *c*, spondiliō. serpillō. *p*. 10 ortini *c*, ortiñ *p*. sisimbrii *c*, —bᴵ *p*. omnes VI. si in aqua et o. *c*, Omnia simul in oleo et a. *p*. 11 capitis p̣otui (f *supra*) *p*: capiti focum *c*. 12 facit *cp*. 13 Ad litargicos *c*: De litargia *p*. 14 Litargici *(sic semper)* *cp*. ii: hii *c*, his *p*. obtūsis *c*, optusis *p*. 15 acute febre *c*, acuta febri *p*. 16 sensuū *c*: sensus *p*. 18 inani *c* *(cf. Cael. A. ox. 2, 3)*: maīci *(sic)* *p*. et *om*. *p*. contingunt *p*. 19 vernali *c*: verno *p*. 20 Curationis primitus *c*, Curationis vero primordio *p*. 21 scarificabis *cp*. aut *om*. *c*.

rodino embrocabis. post haec sub umbilico ilia utraque et coxas et manuum et pedum summitates rutaceo aut sicyonio aut oleo veteri perungues.

aliud. sinapi cum caricis et farina hordeacea cum aceto decocta et in cataplasmate visceribus adhibita excitant lethargicos.

aliud. domus luminosa et stramina dura aut certe frigida stratoria substrata excitant similiter.

aliud. thymi cyma in aceto decocta cum melle sufficienti ipso liquore ori infuso educit flegma et excitat lethargicos.

aliud. sternutatio spissa ex euforbio vel struthio aut ex pipere et castoreo excitat.

aliud. capitis rasura excitat si urtica feriatur aut sale fricetur.

## LXIIII. Ad cardiacos.

Est autem cardiaca passio distensio membranae cordis, ex qua contingit exhalatio fieri animae per sudorem tetricum, tumente membrana cordis ex antecedenti perfrictione aut vomitu frequenti aut ex adustione, quod ex encauseos dicunt. sequitur autem aegrotos perfrictio articulorum, nimia parvitas pulsus, quam microsfyxian dicunt,

1 umbilico *cp.* ilia: et illa *c*, et yliạ (alia *ante corr.*) *p* (*omisi et*). utraque *c*, uterque $p^c$ *et ante corr. c* (ut̄qȝ *ante corr. p*). 2 et (*ante* coxas) *om. p.* 3 aut veteri oleo *p.* 4 sinape *p.* ordeacea *c*: ordei *p.* 5 et cataplasma v. adhibendum *c.* excitat *p*, exitat *c.* 8 excitat *p*, excurat *c.* 9 timi *cp* (thimi $p^c$). comam (—mā) *cp.* decoctam *cp.* et cum melle s. ip̄m liquore ori īfusum *c*, cum s. mell' et lıqoꝛ̄ ıp̄e ori infusus *p.* 11 litargicos — (14) excitat *om. c.* 14 si uritica senciatur *c.* 15 frigetur *p.* 16 De cardiaca passione *p.* 17 passio m. c. distensio *p.* 18 animi *cp.* per(?) sudorem: pſudorē *p.* tetricum *(cf. Cael. A. ox. 2, 167. 186. 190)*: ⁊et̄. ici? *p.* 19 perfricatione *p.* 20 aut (vom.) *c*: et *p.* quam causeos *c*, quam encanseos *p.* 22 pulsum *c.* micros faciat *c*, micros fixiā *p.*



et multi cursus sudorum, adiuncta febricula parva. aliquantos et sitis sequitur. aliquanti etiam vero hanc passionem syncopen appellaverunt, id est amputationem, si quidem ab ossibus et nervis per singula membra patientes occidantur, cum per sudorem mortiferum animam obmiserint.

in curationibus vero oleum melinum aut myrtinum aut lentiscinum cum vino austero in lanis redactum et appositum stomacho et praecordiis et umbilico syncope laborantibus abstinet sudorem.

aliud. in cubiculum aeris boni et neque satis oppressum neque aestuosum ramulos virides myrtae et cetera similem virtutem redarguentia in circuitu iacentis apposita relevant aegrotantes.

aliud. myrta sicca et tenuissime creta et singulariter aspersa aut pollini polentae aut cretae admixta syncope laborantibus abstinet.

aliud. glebula multa de pariete aqua frigida perfusa et in circuitu iacentis apposita et naribus odoratui applicata sudores abstinet et vires aegrotantis confirmat.

aliud. polenta cum vino granaticio resoluta et potata aut in cataplasmate adhibita non calida abstinet sudores et vires depositas erigit.

2 et *c*: etiam *p.* sitis *c*: τ^ſui^s (?) *p.* 3 sincopen *p*, scīcopem *c.* 4 patientem occidat *c.* 5 et cum sudore mortifero *p.* animam amiserit *c*, aīāi . uſūt (*in marg.* = ob = animam obmiserunt) *p.* 7 mellinum *c.* 8 illat | redactū *c*, in lanis reductum *p.* 9 syncope *c.* 10 abstinet *c*: retinet *p* (*gr.* *στέλλει*). 11 et *c*: *om. p.* 12 viride mirte *c*: mirte virides *p.* 13 simili (—lia *c*) virtute *cp.* redarguentia *c*: —tes *p.* 14 relevat *c.* 15 mirta *p*: smira *c* (*μυρσίνη Diosc.*). 16 aspersa (*cf. Diosc.* 1, 155 *Aetius* 9, 1): aspera *cp.* polente aut certe *c*, pulente aut creta *p.* cretae: *cf. Cael. Aur. ox. 2, 200.* sincope *om. c.* 18 glenula m. de paxıōē *c.* 19 odoratu *c*, —tū *p.* applicata $p^c$, —cita *p*, —cite *c.* 20 abstinet *c*: retinet *p (item v. 22).* confortat *p.* 21 pulenta *(hic) c.* granatico *c*, granate *p.* 22 aut in: et *cp.*

confectio cerotarii stypticae virtutis conveniens syncope laborantibus. recipit granatae siccae corticis ʒ VI, aluminis scissi ʒ I, cerae ʒ IIII, olei lentiscini aut myrtini ÷ III. facies sic. granatae corium tundes et tenuissime cernes, cum alumine in mortario simul teres, et sic crassum cerotarium admiscebis.

## LXV. Ad apoplexiam.

Apoplexia est dicta passio ab eo quod mortifero ictu corporis simul et animae concidant patientes. et est paralysis acuta nervorum qui singulis motibus membrorum inserviunt cum animi compatientis insensibilitate. sequitur autem patientes insensibilitas totius corporis et oppressio subita praeter rationem et paralysis, ut etiam repentino casu obmutescant et sensibus omnibus priventur. et aliquanti in dextra parte paralysin patiuntur, aliquanti in sinistra. et sunt distantiae passionis duae. nam dicitur apoplexia et paraplexia. sed apoplexia quam primam diximus totius corporis esse intellegitur cum mentis et sensus paralysi, paraplexia vero in una parte corporis efficitur aut dextra aut sinistra. nam ipse Hippocrates senior dogmatum princeps duas distantias passionis scribens in aforismis sic ait, solvere apoplexiam fortissimam impossibile, imbecillem vero non facile.

ob diligentiam vero curationis vomitum in praesenti provocabis ex ydrelaeo, id est ex aqua calida et oleo, ad-

2 ℞ *cp.* 3 $\overline{cc}$ (*pro* $\overline{ce}$) *p.* aut: et *cp.* 4 ÷ III. *p*: ʒ III. *c.* facis *sic p*: *om. c.* 5 teres *c*: *om. p.* 6 admisces *cp.* 7 De apoplexia *p.* 8 dicta est *p.* 9 concadant *p.* 11 cū animi paciēti ⁊ ī sensibilitate *c*, cum animi (c̄ aī) insensibilitas compatientis passio $p^c$ (*in marg., nam om. p*). 13 rationem *p*: iactōm (—tionem) *c.* 15 in *om. c.* aliquanti *c*: quidam *p.* 18 totis corpibus *c.* intelligitur *cp.* 19 paralisis *p*, —sin *c.* paraplexia *om. c.* 20 ipse *om. p.* ypocras *c*, ypocrates *p* (*Hipp. III, 717 Lips.*). 22 amforismis *c*, anffo. (*sic*) *p.* 23 vero *om. p.* 25 ydreleon *c*, ydroleo *p.*



mixto et modico sale. tunc et flebotomia in praedictae passionis periculo adiuvat. et lanarum mundarum ex oleo chamaemelino involutionem adhibebis, et caput ipsorum ex aceto et rosaceo oleo embrocabis, et humorem collectum in arterias gutturis et thoracis, ex quo praefocationis causatio efficitur, sicut in lethargicis apoflegmatismis depurgabis. etiam et oxymel propinabis. novit enim incidere omnem humorem crassiorem.

## LXVI. Ad pleureticos.

Est autem pleuritis causatio in una parte pulmonis et hypezocotos id est laterum membranae, ex qua contingit fieri dolor lateri patienti. sequitur autem patientes febris acuta, dolor patientis loci ingens usque ad iugulum et palam. tussicula etiam et reiactatio flegmatis aliquando viscosi aliquando tenuis et spumosi aliquando sanguinolenti. et aliquanti super dolens latus schema iacendi libenter habent. et fit vel nascitur in masculis magis quam in feminis, et secundum aetatem senibus magis quam iuvenibus, in pueris vero difficile. et secundum annualia tem-

1 et *om. c.* predicto *c.* 3 camemilo (*sic*) *c*: calido (ca. *p*, ca.$^{do}$ $p^c$) *p.* 4 oleo *c*: calido *p.* embrocabis *p*: comprobabis (!) *c.* 5 in arciam *c.* 6 s. in litargicis *p*: sicut litarius *c.* apoflegmaticis *p*, ipsos mathismis *c.* 7 etiam oximel (*sic*) *p*, *om. c.* 8 enim *et* omnem h. c. *om. c.* crassiorem (*cf. c. 59*): c$\overset{2}{o}$'τū (?) *p.* 9 De pleuresi *p.* 10 pleuritis: pleureticis (*sic*) *cp.* 11 et ī herpedio cotā l. *c*, ethipedi coctā l. *p* (*i. e.* hipediocotā). 12 lateri pacienti *c*: lateris patientis *p* (—ti $p^c$). 13 feb'a (febricula) *p.* dolor lateris patientis loci *cp.* iugulum *c*, íngulū *p* (cingulum $p^c$). 14 spalā *c*, plo(?)|tn̄ *p* (palam *Cael. Aur. ox.* 2, 91). etiam et *c*: ē (est) *p.* reiactatio *c*, reiectio *p* (reiectatio $p^c$). 15 et *om. c.* aliquantis *p*, aliqn̄ (—quando) *c.* 16 sup *c*: sr̊ (supra) *p.* iacentis *c.* 17 et sic nascitur *c*, et fit et nascitur *p* (*cf. c. 71*). 18 etates *c.* magis *om. c.* 19 ānualia (*sic*) *cp.*

pora frequenter hieme et autumni fine contingit, et magis quando hiems inchoatur, verno autem et aestate difficile.

peripleumonia vero est causatio in toto pulmone, ex qua contingit tumor fieri in visceribus. sequitur autem aegrotos febris acuta, thoracis gravedo cum contractione, et supino magis schemate et altius capite iacere delectantur, in latus vero difficile. sputa etiam similiter ut pleuretici proiciunt et linguam subalbidam proferunt. tunc accessionis tempore anhelitus increscit, rubor malarum in vultu ostenditur. peiorante vero passione cum ad ultimum venerint aegrotantes, stridor ille interior gutturis resonat quem Graeci rogmon appellant.

efficiuntur frequenter ex antecedentibus similiter causis quibus et synanchica passio efficitur. aliquando ex violento percussu contingit aut concubitu plurimo aut indigestione, aut si quis pondus grave baiulaverit et post ipsum laborem sitiens nimis frigidam potionem praesumpserit.

in curationibus autem si nimius fuerit dolor oportet in brachio flebotomiam adhibere, si tamen ventris solutio minime impedierit, ex eo scilicet brachio quod fuerit patienti lateri contrarium, id quod antispasin vocant, et tantum detrahere quantum aetas et virium qualitas et regio et tempus et causa et magnitudo poposcerit. et si venter non fecerit, blando et chalastico clystere de-

1 contingit *p*: *om. c.* et magis *c*: *om. p.* 2 quando hiems: quotiens (*pro* qūō iems) *c*, q̊ (quo) yemis *p.* 4 q̄ *p*, quo *c.* in *om. p.* autem *om. c.* 5 feb'c *(sic) p.* 9tracōe *c*, 9tōe (a supra) *p* (9c̄tc̄tōe *p*[c]). 6 capite *c*: a capite *p.* 8 propiciante linguam *c*, proiciunt linguam *p.* 10 ad ultīa veniūt egritudīes *c.* 11 ille | t'ior *p*, ille inferior *c.* resonans *p.* 12 ragmon *c*, regmon *p.* 13 efficitur *c.* similiter *sic cp.* 14 sinancia *c*, —chica *p.* efficitur *om. c.* 15 *in marg. p*[c] ī å c̄cuta. 17 sumpserit *p.* 19 autem *c*: vero *p.* 21 ex eo. s. *p*: et os silibet *c.* 22 id quod: ut (ū *p*) quod (q *c*) *cp.* antispasin *c*, ā tipasī *p.* 25 venter *c*: uñtrē *p.* clisteri *c.*



ducendus erit ex decoctione cantabri et oleo et modico sale.

aliud. marrubium, ysopum, puleium, omnia tria simul in aqua decoques, et cum modico melle ipsam decoctionem potui dabis. desinet dolor.

aliud. si forte thoracis nimia fuerit strictura, cogente tumore patientium locorum, maxime si et viscosum ⟨flegma⟩ ostenditur, faenum graecum coques eo modo quo superius ad tussim aridam conscripsimus.

aliud. tritici farinam crassam, id est similam quam mola ceciderit, ⟨aut⟩ farinam hordeaceam simul coques in decoctione aneti et marrubii et sacculo inclusam quotiens doluerit appones et loca dolentia vaporabis et lana molli ac munda ipsa loca tutabis et fasciabis. aut lenticulam testeam vel aeream calida repletam appones ob mitigandum dolorem.

si vero sputa tenuia et spumosa emiserit, sacculo ex sale torrefacto vaporabis, et postquam vaporaveris, calido sabano sudorem deterges, et sic medicamentum dia tessaron id est de quattuor speciebus confectum appones. et conficitur sic. recipit cerae, picis siccae, re-

3 marubium *cp.* pulegium *c.* tria *c*: trita *p.* 4 decocta *cp.* ipsa decoctio potui (potui *om. c*) data *cp* (dabis *ante corr. p*). 5 desinit *p*, desin *(sic) c.* dolores *ante corr. p.* 6 structura *p.* 7 si *om. c.* et: ex *cp.* viscosum flegma: viscosa *(sic) cp.* 8 ostendit *c.* fen̄ g̅c̅ *p*, fenu greci *c.* coquis *c.* quo *c*: *om. p.* 9 scripsimus *p.* 10 crossam *cp.* semilā ꝗ mola ceciderit *c*, semela | ꝗ ceciderit *p.* similam: *cf. Gal.* XI, 121. 11 mola: *cf. Plin. 18, 72 sq.* aut *addidi.* ordeaceam *c*, —ciam *p.* simul coq̄s *p*: si quis *c.* 12 in *c*: ex *p.* saculo inclusa *cp.* 14 ac *c*: et *p.* loca *om. c.* tubabis *p.* lenticula testata vel erea calida *c*, l. eream vel testeam c. *p.* 15 obmittigandum (ad supra) *p*, ⁊ ob mitig. *c.* 17 tenuia *c*: ieiuna *p.* spumosa *(C. A. ox.* 2, 117*)*: spumam *c*, spumas *p.* emiserit *c*, —rint *p.* 20 diatesaron *c*, diatesseron *p (cf. C. A. ox.* 2, 112*).* confectum appones i. de IIII. speciebus confectum *(sic) p*, id est — confectum *om. c.* 21 ℞ *c*: *om. p.* cere *c*: c̈c (ω supra) *p.*

sinae terebintinae, iris illyricae, omnium quattuor paria pondera. tundes ireos ⟨radicem⟩ et tenuissime cernes et ceteris lento igne resolutis et a foco depositis et leviter infrigidatis superasperges, et movebis donec coagulentur. et exinde magdalia facies, et in linteolo densum induces et appones. hoc autem emplastrum cum diligenter cuti inhaeserit, dolores mitigat. hieme vero si forte durum fuerit medicamentum, praetactis digitis modico cyprino oleo ad molles carbones malaxabis.

sed si forte aliqua tensio in praecordiis inspicientis digitis praeter effusionem ventris occurrerit, trispermo id est tribus seminibus in aqua mulsa adiecto modico oleo simplici decoctis cataplasmabis, hoc est ex tritici polline et faeni graeci et lini seminis. et postquam tuleris cataplasma, calido sabano deterges, et oleo cyprino tepefacto non solum praecordia sed etiam cetera quae dolent perungues, et molli lana operies et fasciabis. et a vino et omnibus carnibus omnino abstinebis quousque minuatur febris.

sed si forte suprascriptum flebotomi usum aut virium imbecillitas aut solutio ventris impedierit, topicis adiutoriis uteris id est localibus. praeterea sanguisugas ipsis locis dolentibus appones, cuius adiutorii usum superius in empyemate conscripsimus.

1 iris illirice *p*, utisillirice *c*. omī IIII *c*: *om. p*. paria pondera *p*: pari pondere *c*. 2 tundes yreos (*sc*. rad.) *c*: yreos tundes *p*. 3 leviter: leniter *cp*. 4 aspergis et moves (—nes *c*) *cp*. 5 migdalia *cp*. facis *cp*. linteolo denso *p*, lintheolum tensum *c*. inducis *cp*. 6 apponis *c* (—nes *p*). hoc vero *(sic) p*: *om. c*. 7 durum *p*: ductum *c*. 8 hoc *(ante* med.*) add. p*. tum *(post* med.*) add. p*. caprino *c*, ciprino *p*. 9 molles *c*: rall'es (?) *p*. 10 inspicientis: —tibus *cp*. 11 trispermon *cp*. 15 et primo tep. *c*. 16 precordiis *cp* (non p. solum *p*). etiam *om. c*. 17 operis *cp*. 18 abstinet *c*. quousque minuatur *(sic)* febres *p*: g̃n̄ando minuāt febres *c*. 19 supra scriptum *p*: S̄S̄ *c*. 20 ventris solutio *p*. tipicis *c*, thopicis *p*. 21 i. localibus *p*: *om. c*. 22 adiutorii usum *c*: adīusū (ī å adiu. *in marg. p*ᶜ) *sic p*. est (*pro* ē)piemata *(sic) c*, epimate *p*. 23 scripsimus *p*.



si vero cogentibus febribus sub ingenti siccitate corporis doluerint laborantes, ptygmatis id est pannis calidis ex decoctione faeni graeci et aneti adiuncto oleo uteris. post haec etiam cerotarium ex diachylon confectum appones, quod superius in tetanica passione scripsimus. aut cerotarium pleureticum ex oleo cyprino confectum et linteolo densum inductum similiter appones. et conficitur sic. olei cyprini ℥ VIII, cerae ℥ VI, adipis asinini et faeni graeci moliti et meliloti, omnium trium ÷ binas.

electuarium pleureticis et peripleumonicis conveniens dia ton picron amygdalon a Graecis appellatum id est ex amaris amygdalis. recipit autem nuclei leviter torrefacti et lini seminis similiter torrefacti, ambarum specierum ÷ singulas, amygdali amari decoriati leviter torrefacti ℈ XVI, faeni graeci moliti ℈ VIII, draganti tunsi et creti ℈ VI, mellis despumati quod suffecerit.

aliud. post minutum dolorem si forte sputa purulenta proiecerint, dia prassiu superius in pthisica passione conscripti coclearium I cum faeni graeci suco ieiunis et ad vesperam potui dabis.

aliud. catapotia bechica, id est tussicularia, vespertino tempore cubaturis in ovo sorbili aut certe tepida aqua dabis. et somnum provocant et tussiculam mitigant.

aliud conveniens maxime is qui cum solutione ventris

2 tigmata *c*, pimata *p* (ptīmata *p*ᶜ). pannis calidis *c*: pannos ca. *p*. 4 etiam *p*: et *c*. dichilon *cp*. 5 quod — (7) appones *om. c*. 9 moliti *c*: molliti *p*. et meliloti an̄ ÷ .II. *p*. 10 elac̄ *c*, El'm *p*. 12 ℞ *cp*. autem *om. p*. nucleum *etc. p*. 13 et l. s. similiter *om. c*. torrefacti *addidi*. amba♃ spēbus .℥. singl'as *c*: ut's℥ (*pro* utriusque) an̄. ÷ .I. *p*. 14 decoriati *c*: discoriati *p*. siml' torefacti *(hic) c*. 15 moliti ℈ VIIII *p*, melliloti ℥ VIII *c*. tracanti *c*, dragāt. *p*. 16 m. dispumati q. sufficit *cp*. 18 diaprasium *c*, —sii *p*. tisica *cp*. 19 conscriptum *c*. cocl'r *p*, cocl' *c*. cum fenu greco (*om*. suco) *c*. ieiunū *c*. 20 ad vesperum (*om*. et) *c*. 21 capucia *c*, catapucias *p*. bethica *c*, bechicas *p*. tussicularias *p*. 22 ova sorbilia *cp*. 23 et *c*: que et *p*. 24 is: his *cp*.

doluerint et sputa sanguinolenta emiserint. dia codyon electuarium vespertino tempore dabis. habet enim virtutem tollendi pleureticis dolorem et somnum provocandi, quod Graeci anodynon ypnopion dicunt.

## LXVII. Ad canis rabidi morsum.

In primis, hoc est in praesenti, morsum ipsum medicinali scalpello circum incides competenter et sale contrito asperges et sanguisugas et cucurbitas appones. attrahunt enim venenum sanguini canis commixtum. etiam et cautere vulnus inures, quo possit supra dictum venenum cum scara, quam nos crustam dicimus, in eodem loco retineri, ne sanguinem persequendo usque ad vitalia omne corpus invadat. et ipsa vulnera appositione medicamentorum acriorum multo tempore servabis, usque ad XL diem vel eo amplius. praeterea piscis salsi carnem tritam vulneri appones.

medicamentum aliud. nuces combures et ex ipsa favilla cum aceto cataplasmabis, et desuper spongia madidata operies et fasciolabis. et a vino et omnibus carnibus et leguminibus aegrotum abstinebis. poscam vero subacram diurnis diebus per dies numero XL bibendam dabis,

1 diaco diomelač *c*, diacodion elact̄ *p*. 3 pleureticis *c*, pleuretis *p*. 4 anodiū ceipon *c*, anodinon cep̄nson *p*. 5 Ad tabidi *(sic)* canis morsum *c*: *pro tit. in textu* Medicamentum ℞ *p*, *in marg.* $p^c$ de morsu canis rabiosi (Ad canis rabidi morsus *ind. p*). 7 circū īcides *c*, circum des *p*. sale contritum *c*, salem tritum *p*. 8 aspergas *p*. apponis *c*. 9 enim *om. c*. sanguis cani *(sic) c*, canis sanguini *p*. 10 et *om. p*. cauteri *c*. inuris (ī urinis *c*) *cp*. quo: qui *c*, quod *p*. 11 scara *c*, schara *p*. 13 ulcera *p*. 14 multi tp̄r *c*. 15 XL *p*: *om. c*. salsi *p*: assi *c*. 17 medicamentum *om.* (Al') *p* (appone medicamentum Aliud misces c. *etc. c*). et *om. p*. 19 a *p: om. c*. 20 poscā ūō subaram *(sic) c*, pꝰca ů sb' acm̊ (*in marg.* $p^c$ ī å pꝰca sub acra) *p*. 21 diuturnis *p*, diūnis *c*. per dies XL bibendū dabis *c*, numero sexaginta dabis bibenda *p*.



et non solum extrinsecus, sed intrinsecus certis potionibus infra scriptis rabidi canis morsus sanantibus ab initio dando curabis.

potio ad canis rabidi morsum. cancros fluviales vivos in olla aerea rubri aeris combures supra carbones donec cinerescant, et expendes ex ipsa favilla drachmas X, et adiunges turis masculi dr̄ I, gentianae tunsae et cretae dr̄ V, et exinde dabis bibere cum posca ieiunis per dies numero XL.

alia potio rustica fortioris virtutis quae per triduum datur ad morsum canis rabidi. cani pecori animali homini, ad omnia ita facies et dabis. mittes in partes II aquae ad modum librae unius et vini veteris dimidiam partem carei quantum tenuerint IIII digiti, cumini tantundem, bacarum lauri grana V, radices de cesisboum lotas V minores quae possint habere scrip̄ VIIII, quod cesisboum habet folia similia feniculo. quae sunt sicca tundes et cernes et radices separatim tundes, et sic in mortario simul vino adiecto modico mero usque ad ultimam tenuitatem conteres, et omnem humorem sive vini sive aquae

1 sed intrinsecus *om. c et ante corr. p*, *add.* $p^c$ *in marg.* certis *c*: ceteris *p*. 2 īfra *c*, ī *(sic) p*. rabidos c. morsus *c*, rabidi c. morsum *p*. 3 curabis *c*: sanabis *p*. 4 ad morsum c. rabidi *p*, ad canis morsum (*om.* r.) *c*. fluminales *p*. 5 erea *om. c*. rubpi ceris *c*, rub' eris *p*. comburis *c*, —rēs *p*. 6 expenda *(sic) c*: tolles *p*. ʒ X *c*, dag̅ X *p*. 7 dr̄ I. *p*, ʒ I *c*. tunse *c*, tuse *p* (contuse $p^c$). 8 dr̄. V. *p*, ʒ V. *c*. 9 numero *p*: *om. c*. XL *c*: XXX. *p*. 11 cani pecori *c*: canis pectoris *p*. 12 facis *cp*. et mittis *c*. II. partes aque *p*: in partes II atque *c*. 13 et vini veteris *om. c*. 14 careū quātū *c*, cātu q̊ꝝ *p* (*in marg.* $p^c$ careū q̊tū). 15 baccarum *c*, bacas *p*. grana V *p*: ʒ V. *c*. de ceſſis boī milotos *c*, de cesis boinu lotas *p* (χέσις βοῶν?) 16 que *c*: quam (q̊) *p*. possit *p*, possunt *c*. scp̄. VIIII. *p*, ʒ IX *c*. cessis bōum *c*, cesis bouiū *p* (boinu $p^c$). 17 feniculi *c*. 19 simul uno a. *p*, sibi ī uno a. *c*. ad u. lenitatem *p*.

admiscebis, et in ampulla rediges et dabis. sed propter vim potionis primo dabis I coclearium olei spani sorbendum, et sic super dabis potionem. triduo recte per singulos dies cyatos ternos aut quaternos, secundum aetatem uniuscuiusque, in potione dabis.

hi autem lyssodecti, id est qui rabidos morsus incurrerunt, si ab initio secundum rationem quod Graeci cata logon appellant, minime fuerint curati, post XL vel LX dies hydrofobici efficiuntur, id est aquam timentes. et est acutissima et molestissima passio. est namque causatio in stomacho et corde ex veneno canis concepta. sequitur autem qui laboraverint ex aqua tumor stomachi et cordis. difficultas etiam transvorandi potus aut ex toto negatio sequitur et singultus. tunc increscente passione ipsi cum insanire coeperint, veneno pervasi vocem latratui canum similem emittunt et praesentes mordent et aqua perfusi vehementi raptu interficiuntur.

## LXVIII. Ad phalangionis morsum.

Caponis cerebrum cum pipere modico et rutae hor-

1 a(d)misces *c(p)*. ampullam *p*. redigis *cp*. pp m̄ poīs *c*, pp uítíí potōem *p* (*in marg.* *p*ᶜ ī å ſȝ pp vini potionis). 2 cocl'r *p*, cocl' *c*. 3 superabis *p*. tridu rectu *c*. 4 cietos *c*, quiatos *p*. 5 in potione: potionem *cp*. 6 hii aū lisodenti *c*, hi'ālisodera *p* (*in marg.* híí aū lisodēti *p*ᶜ). 7 quod: quam *p*, qui (q) *c*. 8 catalogon *p*, catalogim *c*. 8 p' XL. ī XL *(sic)* dies *c*, post quadragesim̄ vel sexagesim̄ diem *p*. 9 ydrofonici *c*. 10 molesta *p*. Et ā nāȝ cātō *p*, ē qm̄ causacō *c*. 11 ex: et *c*, et ex *p*. 12 s. a. laboraūint (*sic* —verint) ex aqua mor stoācho et corde *c* (*addidi* qui): s. a. laborantes tumor stomachi et cordis *p*. 13 etiam *p*: et *c*. aut — singultus *om. c*. 16 mordunt *p*. 17 „raptu interficiuntur" *C. A. p. 233*. 18 Ad spalangionis (falangionis *ind. p*) morsum *c et ind. p* (*in p pro rubrica legitur* Medicamentum ℞). 19 Aᵃpoīs *p* (A *rubr.*, *sed in marg. pro litt. initiali praescribitur* ć) CAponis *c* (*cf. Plin.* 29, 88 *de gallinaceorum cerebro*). ruta ortice *p*, rute (*om.* ort.) *c*.



tinae viridis foliis numero X cum posca potione una ieiunis totum potui dabis. hoc per triduum facies, et extrinsecus ab initio ipsa hora qua morsus fuerit primo impones herbam quam dicunt zaccarionem sic integram in loco ubi fuerit morsus, et cum arefacta fuerit, alterum folium viride mutabis. hoc per triduum facies cottidie, et cum se ulcus ostenderit, avellanae pulpam conteres et appones aliquantis diebus. post haec appones cataplasma de polline hordei et suco uvae lupinae. coques eundem sucum sincerum et inductum appones quam diu se scara levet, id est crusta, et cum se levaverit tali medicamento in cicatricem induces, id est adipes anserinos, coagulum caprinum, radices cerdae quae latiora folia ostendit ruta silvestri, et oleum stellionis in quo vivus fuerit necatus et in ampulla in sole et aura caniculari tempore diebus numero XL fuerit suspensus. aequis ponderibus tundes in se omnia et appones ad locum tam diu quam diu ad perfectum sanetur. interea ipsum patientem admonebis ne forte ignoranter in cibo avellanas accipiat. sicuti extrinsecus in cute morsui apposita avellana venenum ad se

1 foliis: folia *cp*. potionem .I. *c*. 2 tot̄ potui *p*: potū potui *c*. 3 ip̄is ore quo mōditū f. *c*, ipsius qua morditus f. *p*. īpon(m *c*)is *cp*. 4 çaccarıōē *p*, ⁊accarıōȝ *c*. 6 folium *om. c*. cotidie facis *p*: facis cotidie *c*. 7 ulcus *p*ᶜ: uultus *c et ante corr. p*. 8 apponis *c*. 9 sucum *cp*. coques in eundem s. *cp*. 10 quam diu se *c*: quam diuise *p*. scara *cp*. 12 in *om. cp*. t. m. cicatricem inducis *p*, t. m. cicatrice ducis *c*. i. (id est) *sic cp* (*pro* acc. *vel* recipit). coagulatum *c*. 13 certe *c*, cᷤdẹ (*in marg.* *p*ᶜ cᷤde) *p*. latiora: lauoris *c*, latórıs *p* (latōrıs *p*ᶜ). rute silur̄e (silvestre) *p*, rute silvestris *c*. 14 stelionis *c*, stelcoīs *p* (*cf. Plin. 29, 90. 73*). vivus *p*ᶜ: vinus *c*, humus *p*. neccatus *p*, iectē *(sic) c*. 16 numero *p*: *om. c*. XL *c*: XI *p*. tudis *cp*. 17 apponis *c*. ad perfectum *c*: ad perfectam (aꝑfāȝ *sic*) *p* (*unde* *p*ᶜ *in marg.* aꝑfca̅ sanatōē = a perfecta sanatione *pro* ad p. s.). 19 ignorat˜ *c*, ī[illegible]grāt *p*. 20 avelana *c*. ad se ducit *c*: aducit *p*.

ducit, similiter comesta ad semet intrinsecus venenum adducendo hominem necat.

### LXVIIII. Ad scorpionis ictum.

Scribes in charta rudi hoc nomen Α⟨СΠ⟩ΙС et postquam scripseris plicabis. pones in ipso puncto percussurae chartam conscriptam et trahes illam usque ad locum ubi descenderit dolor, et confestim sine dolore efficietur. hoc fysicum de viri *illustris* ⟨vindiciani⟩ est. etiam et theriacam. diatessaron in potione vini dabis.

### LXX. Ad fugandos serpentes.

Capillos de capra aut mulieris aut cervinum cornu aut fel fumigatum serpentes fugiunt.

aliud. cervina pellis substrata facit non timere serpentes.

### LXXI. Ad epilepsiam.

Est autem epilepsia subitus corporis casus cum spumatione et raptu membrorum effectus. et sunt distantiae passionis duae. aliquando enim sub diverso raptu membrorum efficitur, aliquando cum somno. sequitur autem patientes, ut dixi, subitus casus, aliquando cum contractione corporis membrorum, aliquando cum oppressione,

3 Ad s. i. *tit. c (= ind. p)*: Experimentum bonum. ℞ *pro rubr. p.* 4 Scribes *c*, —bēs *p.* rudi *p*: *om. c.* ARcɪc *c*, Λ Ꮒ p'c *p.* 5 plicas pones *cp.* puncto *p*: puteo *c.* 6 carta conscripta *cp.* trahis (trabis *c*) illa *cp.* 7 et *om. c.* efficitur *cp.* 8 deū illustris carıē ēt ꝛ tiriacā *c*, de uiri illustris dari etiam et teriace *p.* 9 diatesa(e *p*)ron *cp.* 10 De capigo. ℞ *rubr. p.* 11 Capillos: Capillorum *c*, Capigos *(sic) p (cf. Plin. 28, 70).* 12 fugiunt *p*: fugat *c.* 13 substracta *p*, subscripta *c.* 15 Ad epilensiam *c (ind. p)*, De epilensia *p.* 16 epilensia *cp.* 17 effecta *cp.* 18 enim *om. c.* sub *c*: cum *p.* 19 autem ut dixi p. *p.* 20 et aliquando *p.* 21 corporis *om. p* (corporis vel membrorum *c*).



spumatio etiam et insensibilitas et tenebratio. in his cerebrum patitur et omnis nervositas a cerebro descendens sub melancholico humore et frigido flegmate. aliquando a stomacho patiuntur. est enim stomachus multis nervis sensibilibus perplexus. et si forte, ut dixi, a stomacho passio fuerit nata et cerebrum petierit, accessionis tempore fantasiae oculis efficiuntur, ut illis quibus suffusio imminere ostenditur. etiam et vapor quidam in eis ab inferiore ventris parte super fertur, quo vapore mininga pulsata concutitur, et cadunt. aliquotiens vero sub melancholico humore laborantes difficile cadunt et ieiuni flegma subamarum et spumosum in faucibus sentiunt. aliquando et cibos non digerunt, sed crudos post cenam emittunt. et est molesta passio maxime infantibus brevissimis et novellae aetatis pueris. fit vel nascitur omni tempore, sed plus verno frequentare manifestum est.

in curationibus autem in primis a tergo inter scapulas circa spondyli locum praevaporabis spongiis calida aqua expressis. aut cantabro in linteolo ligato et calida ebullienti infuso et expresso vaporabis, et sic scarifabis et per cucurbitae raptum competentem sanguinem detrahes. etiam et stomacho, ubi ferrum operari non poterit, sanguisugas appones eodem modo quo superius in empyemate conscripsimus. et post detractionem sanguinis

1 hiis *c.* 2 a *om. c.* descendentis *c.* 4 enim *p*: autem *c.* 5 pplexus *p*, pflexꝫ *c.* 6 passio *c*: *om. p.* 7 oculi *c.* efficiunt *p.* infusio *c.* 8 īminere *p*, ī mīore *c.* in *om. c.* 9 interiori *c.* superfertur (fēt˜) *c*: frequenter *p.* mininga *c*: īmırīga *p.* 10 concutitur *c*: cōçūrıt (—curritur) *p.* aliquando (*om.* vero) *c.* 12 flegma *om. c.* subspumosum *p.* 13 cibos *c*: carbones (*pro* carnes) *p.* 14 emittunt *om. c.* in inf. *p.* 15 brevissimis *c*: parvulis *p.* 16 verno tempore *c.* 18 circa *om. c.* spondilii *c*, spondiliorum *p.* prevaporatis *p*, —tius *c.* calidis aqua *c*, ex calida aqua *p.* 19 calide bullienti *p*, calide ebulientis *c.* 20 infundo expresso *c.* scarificabis *cp.* 21 per *c*: post *p.* competentē sanguis *c*, competenter sanguinem *p.* 23 apponas *c*, —nis *p.* 24 ēpimate *p.*

factam, post unum vel duos dies si forte venter a solito officio abstinuerit, clystere subdeducendus erit ex decoctione coloquintidis et betae et cantabri cum melle et oleo veteri et afronitro. erunt praeterea duabus ebdomadis in lectulo custodiendi, et caput embroce curandum ex rosaceo et aceto, quod oxyrodinon vocant, aliquando et castoreo admixto, maxime si forte hieme contigerit. sed oportet ante caput pressius detondere et sic curam ipsi capiti adhibere. et postquam embrocaveris, caput pileo operies. post haec summitates manuum et pedum oleo veteri aut sicyonio perungues et tenuissimis ac levioribus fasciolis ligabis. etiam et castorei ϡ I ieiunis in potione aquae mulsae dabis, singulariter aut foliis rutae hortinae admixtum.

si vero sub melancholico humore cum insomnietate fuerit passio, epithymi decoctionem diurnis diebus ieiunis dabis aut die inter diem. post haec vespertinum lavacrum adhibebis. sin vero sub crasso vel tenacissimo humore fuerit passio, oxymel ieiunis dabis ex ysopo et peucedano et puleio et origano confectum. nec non etiam et cucurbitas cufas id est ⟨levi⟩ cum appositione deduces in primis spondyli loco et spinae et lumbis, novissimo etiam

1 I. vel .II. *p*. a solito officio *p*: solutū officiū *c*. 2 clisteri *c*. 3 coloquintide *cp*. 4 olei veteris *p*, —ri *c*. et affronitro erunt ꝑtoica d. e. *p*, et affer̄ p̄terea d. e. *c*. 5 embroce *p*, embrice *c*. (caput . . .) curandi *cp*. 7 forte *om. p*. contingit *cp*. 8 an̄ (ante) *c*: aut *p*. et siccurādūʒ qūo expica adhibere *c*. 9 embrocabis *c*. 10 pilleo *p*, paleo *c*. operis *cp*. i. articulos *add. p* (*post* pedum). 12 fasciolis ligabis *p*: fasciabis *c*. etiam et: Et etiam *p*, etiam *c*. 13 rute ortine *cp*. 16 epithimi (epith'ı *p*) decoctione *cp*. diurnis *c*: diuturnis *p*. 17 vespertinum *p*: intestinum (*om.* lav.) *c*. 18 tenuissimo *c*. 19 ex isopo *c*: et ysopo *p*. peucidano *cp*. 20 n. n. e. et cucurbitam i. cufas *(cf. Cael. Aur. p. 575. 297. 31 sq.)* cū appositione deducis ī pꝰmıs *c*, n. n. e. et cufas apponis īprimis *p* *(cf. c. 77)*. 22 spondilis locus *c*, spondiliorum locis *p*. novissimo (*sic*) *cp*.



thoraci et praecordiis, in feminis vero et pubetenus sub umbilico et inguinibus. post haec cucurbitis cum scarifatione uti oportet in utraque capitis parte iuxta auriculas in ipsis arteriosis locis, aliquando et venam mediam si extantior apparuerit in fronte incides, et post III vel V detractionis dies ptarmico medicamento, id est sternutatorio, nares sicut in lethargicis apoflegmatizabis, et post dies III apoflegmatismo expleto ieiunis ex radicibus vomitum provocabis, et cibis inprimis triticeis et holerosis nutries, nam Graeci sitodis ce lachanodis dicunt, novissimo vero variis. observandum autem a carnibus suinis et bubulinis ac caprinis et a leguminibus universis et a vino et lavacris usque ad menses VI.

trociscus ⟨conveniens⟩ scotomaticis, id est qui subito ante oculos tenebras patiuntur, et spiritu inflatis epilepticis. recipit autem fel leporis, castorei, turis masculi, murrae, omnium III dr̄ singulas, mustelae iecoris sicci ʒ III, aceti cyatum I. conficies et facies trociscos drachmales et dabis cum passo aut cum mulsa per dies VII aut VIIII.

1 toracē *c*, thorace *p*. 2 et inguinibus *c*: inguinibus *p* (et in inguinibus $p^c$). cucurbitas *c*, —tam *p*. scarificatione *cp*. 3 utramque c. partem *c*, utrasque c. partes *p*. 4 et *c*: etiam *p*. 'vena media si ⟨ex $p^c$⟩stantior apparuerit in fronte *p*, vena media ʒ ant'ıor ī fronte *c*. 5 pꝰ III ul' V detractionis obtmico (ω *supra*) *c*, post tertium vel quartum detractionis diem optarmico *p*. 7 apoflegmaticabis (*pro* çabis) *c*, apoflegmati dabis (*pro* — diabis) *p*. 9 olerosis *cp*. 10 nutris *cp*. Nā *c*: quod *p*. sitodis celaconodis *cp* (*σιτώδεις καὶ λαχανώδεις*). dicunt *c*: vocant *p*. Novissimo — VI | *c (f. 90ª extr.)*: *om. p (cf. C. A. p. 298. Gal. XI, 372 etc.)*. 11 autem: aut *c*. suinis (?): [illegible]uſıonis *c*. 12 et (*ante* a leg.) *om. c*. 13 et *om. c*. 14 conveniens *addidi*. scotomaticū *c*, scotōtıc' *p*. i. qui *c*: i. in quo *p*. 15 inflamati *c*, infl'ama(ti)s *p*. epilenticis *(ut semper) cp*. 16 ℞ *cp*. autem *om. p*. 17 omı̄ .III. dṙ ſingl'as *c*: an̄. ʒ. I. *p*. 18 conficis et facis (fac̄ *c*) *cp*. dragmales *cp (item infra)*. 19 aut (*post* dabis) *add. p*.

aliud. trociscus conveniens epilepticis qui cum tremore membrorum accessionem patiuntur. recipit castorei, abrotani, radicum panacis, omnium trium ʒ IIII, piperis albi, rutae hortinae ʒ binas, croci et cyperi ʒ singulas. aceto colliges et facies trociscos drachmales, ex quibus unum in potione dabis, habitudine corporis fortioribus cum vino mulso cyatis IIII, debilibus vero cum aqua mulsa. oportet autem patientes post acceptam potionem currere. et post haec epithima dia spermaton aut dia samsucu appones, et sanabis.

ad epilepsiam. hirundininum pullum de primario fetu luna prima apprehendens aperies, et invenies ⟨lapides in ventre⟩ unum formosum et alium malefactum. et ita ut terram non tangant, ligabis in pelle vitulina aut cervina et in collo aut in brachio sinistro suspendes.

## LXXII. Ad lumbricos.

Fiunt vel generantur lumbrici, quos Graeci elminthas dicunt, plerumque ex multo cibo accepto aut indigestione frequenti. sequitur autem laborantes morsus stomachi et ventris nullis praecedentibus causis, et tussiculae modicissima ex causa provocatae, somni etiam flegmatici id

2 ℞ *cp.* 3 aprotani *cp.* radic̄ *cp.* om̄i t'um ʒ IIII *c*: an̄. ʒ IIII. *p.* 4 rute ortine ʒ binas *c*, r. ortine sumitatem an̄. ʒ II. *p.* cocti ⁊ cıp'nı ʒ singl'as *c*: c̄c̄ piperis an̄. ʒ. I. *p.* 5 cum aceto *p.* colligis (—ḡ *c*) *cp.* facis (fac̄ *c*) *cp.* 6 unum *p*: p̄ma *c.* ī poīcōne dab' *c*, dab' ī poītōem *p.* habitudinem *c*, iuxta habitudinem *p.* 7 c. vino mulso (c. vinum mulsum *c*) *cp.* 8 mulsa *om. c.* 9 epithimia *c*, epith'a *p.* diasam sucum *c*, dia sāsuc̄ *p.* 11 epilensiam *cp.* 12 prima luna *p.* invenis unum *p*, invenies in unum *c* *(lacunam explet Diosc. 2, 60. ceterum cf. C. A. p. 315).* 13 malfactum *p.* et: sed *cp.* ita ut'ra *c*, ita ut t̄ra *p.* 14 tangat et ligas *cp.* 15 et collo *p*, ī collo *c.* in *om. p.* suspendat *c*, —dit[s] *p.* 16 De lumbricis generatis ex multo cibo *p.* 17 āmictas *c*, almitas *p.* 20 modicissime ex causa provocante (—cāte) *cp (cf. C. A. chron. 4, 106).*



est salivam per os ostendentes cum solutione corporis, et exurrectio sine ratione et pulsus inaequalis, aliquibus vero et fastidium. pueris etiam dormientibus masticatio efficitur cum modica linguae exclusione. schematizato etiam ore iacent, similiter ut illi qui post nimiam operationem resumunt. et post diastema temporis modicissimi aliquotiens cum clamore exurgunt et cito iterum deponuntur et dentibus dormientes strident. contingit vero hoc quotiens ipsa violenta insurrexerint animalia. etiam et aliquibus occurrentes stomachi nausiae et morsus causationem faciunt. aliquando et reiectantur singulariter aut cum aliquo humore flegmatico aut cholerico.

curationis vero tempore maxime in acutis febribus, si et constrictio fuerit ventris, cataplasmandum ex lini seminis et lupini farina pari modo commixtis et cum mulsa aqua concoctis. cataplasmabis, oleo violaceo umbilicum tanges et molli lana operies et fasciabis. et post expletos cataplasmatis dies cerotario ex absinthio et oleo cyprino confecto ventrem sub umbilicum usque cooperies. et si venter abstinuerit, in infantibus balanis iniectis depones, in aliis vero perfectis aetate clystere ex decoctione absinthii admixto melle deduces. et potionabis frequenter,

1 per os *om. c.* 2 exsurrectio *p*, exurectio *c.* 3 dormientibus *om. c.* masticatio: *cf. C. A. l. c. p. 534.* 5 iacentem *c*, —tes *p.* quidem *cp.* 6 diastema *c*: diestema *p.* 7 cum — (9) quotiens *om. c.* 9 etiam *om. c.* a. et occurrentes *p.* 11 reiectant *c*, reiartantur *(sic) p.* 13 i. a. febribus quod esse solet. si et constrictio *p*, i. a. febribus si ex constructio *c.* 15 cum aqua mulsa *p.* 16 umbilicȯ contangis *p.* 17 operis *cp.* 18 ex *c*: et *p.* 19 confecto *om. c.* venter sub umbilico usque cooperis *c*, ventrem simul usque sub umbilico operis *p (sc.* mediis partibus *Cael. chr.* 4, 128 *etc.).* 20 in *om. cp.* balanis *p*: *om. c.* inectis *c*, īeptis *p.* deponis *cp.* 21 clisteri *c.* ex *om. cp.* 22 deducis *cp.* et potōab' frequenter maxime *p*: et poc̄one maxime *c.*

maxime pueros, myxarum et myrtae et coriandri seminis, omnium trium specierum decoctione.

epithima ad lumbricos excludendos sive necandos. recipit farinae lupini tenuissimae ÷ II, absinthii contusi et creti ÷ I, myrtae viridis S. mittes in girba, et in uno diligenter contusis, optimo melle colliges et in linteolo illinitum medicamentum visceribus mediis impones. aliquando vero medicamento supra scripto admiscemus.

aliud. medulla cervina oleo violaceo resoluta a nervis cervicis quos tenontas dicunt per totam spinam usque ad sexum perungues, aut ipsum oleum violaceum singulariter tepefactum auribus instillabis et ipsas cavernas lana obtrudes.

sin vero cum adiuncta solutione ventris fuerit lumbricorum passio cum rasurarum egestione, tunc stalticis, id est constrictoriis, sicut in dysenteria inicere oportet, et propinare plantaginis sucum aut granatas acidas aut sucum coliculi aut limaturam cornu cervini in modum coclearii unius.

si vero praeter febrem fuerit passio in diuturna aegritudine, quam Graeci chroniam vocant, etiam et lupinos amaros edendos dabis et santonicum caricis immissum et vinum violaceum.

1 mixarum: rarum *(sic)* *c*, nularū *p* (nixarū *p*ᶜ). *cf.* noxarum *C. A. p. 539. 541.* et mirte *p*: et nocte *c*. 2 om̄ī trium spe̅r *c*: horum trium *p*. 3 sive necandos *p*ᶜ *in marg. (om. p)*: siue uocandos *c*. 4 lupini farine t. *p*. 5 mirte *p (Diosc. 1, 155)*: mente *c (cf. infra)*. viridis mittis ... *c*. girbā *c*, girba *p*. 6 colligis *c*, —g̅ *p*. linteolū *p*, —lo *p*ᶜ*c*. 7 illitum *p*. visce̅r media *c*. īponis *cp*. 8 medicamentum ʒ ς (*pro* SS) admiscemus *c*, ml'ıcū supra dictis admiscimus *p*. 10 cervic̄ *c*: cervinis *p* (*sed in marg. p*ᶜ ī å c'uıcís). tenontas: tonāteſ *c*, tetanos *p*. spinam usque ad *om. c*. 12 auribus stillabis *p*, aut columbos *(sic)* *c*. lana obscrudes *(sic)* *c*, lanas obstrues *p*. 13 Sin *p*ᶜ*c*: Si *ante corr. p*. 15 desinteriis *c*, disinteria *p*. inicere *om. c*. 16 propinatum *c*, —nandum *p*. 17 cauliculi sucum *p*. 20 croniā *c*, acroīā *p*. 21 sandonicū *c*, sādͦīcū *p*. caricis *p*ᶜ (cālicis *p*), cario *c*.



aliud. ad lumbricos. alium cum mentae foliis contritum et piperis modico, adiuncto aceto et oleo spano comestum lumbricos excludit.

aliud. folia persici contrita aut olivae folia aut sambuci folia similiter contrita et super umbilicum imposita summe faciunt.

## LXXIII. Ad elefantiasim.

Est autem elefantiasis corporis callositas operata sub melancholico humore ad similitudinem elefantorum, unde elefantiasis, ut supra dixi, passio nomen accepit. haec autem signa patientes secuntur. extantiae riposae, quas Graeci oncus octodes vocant, id est riposis verticibus prominentes circa vultum et articulos, adiuncta corporis mala habitudine, quam Graeci cachexian dicunt. ex qua passione frequenter summitates digitorum cadunt putre-

1 mente (mēte) *c (cf. Diosc. 3, 36. de murra 1, 77)*: mirte *p*. 2 modicum *c*. et (ol.) *c*: vel *p*. 5 sup *c*: sub *p* (umbilicum *cp*). *cf. Gal. XII, 76.* īposita *p*: apposita *c*. 6 *post* faciunt *haec addit unus c, quae licet Cassii esse non dubitem hic infra adscribo, ut leguntur*: Lumbricorum dolor sive tinee etıre h̄ sunt carenum optimum ad tertias decoques ex eo dabis ieiunis examinatum. Item folia ocimi alii galli clarē voc̄ coligis et super ventrem inpones lumbricos excutiet. Alia radix polipodie i. felici *(Diosc. 4, 185. cf. Gal. XIV, 514)* depurgate ʔ teris de ligno addis radıc̄ innule ʒ VIII ʔ si viridis fuerit radix filic̄ de suco conficis ſ(?)ecisum armoniacum 9 euforbii ʒ II fac̄ pilulas eı⁹ magnitudine que anno inicit s(?)e seu eas factas infundis in cervisa nova SS II. Si inventa non fuerit ex aqua calida dabis ubi mirre. SS. II decoxeris admittis anei ciatis II. aut sape. SS. II dabis bibendum ante horas IIII egici et vermiculos et tineas ante triduum sane debes eos cibari cum pane et posca bibere. 8 corporum *p*. 9 ʔ similitudine *c*. elefantorum nominata. unde *sic cp*. 10 ut — passio *c*: *om. p*. 11 autem *om. p*. pacientes *c*: laborantes *p*. extantia riposa *p*, extanti anpossa *c*. quam *cp*. 12 ēcos etedes *c*, ēcosetodes *p* (ὄγκους ὀχθώδεις. *cf. Gal. XII, 827*). riposis *p*: rē possis *c*. 13 prominens *p*, promittes *c*. circa ventrem *c*. 14 cacexiam *c*, cacesiam *p*.

factae, et vox eis aspera efficitur et anhelitum fetidum emittunt. et fit ex putredine sanguinis corrupti circa cutem cruoris nigri vomitus, et immutatur in callosam qualitatem.

in curationibus vero in principio flebotomiam adhibebis cum secunda sanguinis detractione, quam epafaeresin vocant, et post VII aut XI detractionis dies iera logadio appellato antidoto pridie a cena observantibus in potione ieiunis dato ventrem purgabis tempore magis ferventi, sub cane aut post canem. nam Hippocrates in aforismis sic ait, sub cane aut post canem debere unum quemque purgatorio operari. quod antidotum iera facit ad universas melancholicas causas, et conficitur sic. murrae euforbii ʒ singulas ⟨semis⟩, agarici, ammoniaci, folii ellebori nigri, folii . . . ⟨dauci⟩ cretici, squillae assae, dacrydii, omnium specierum VII ʒ binas semis, coloquintidis interioris carnis, quam vulgus gelelam vocat, ʒ V, aloes, epithymi, hyperici, bdellii, marrubii, polypodii, thymi, cassiae, chamaedryos, ⟨dauci⟩ cretici, cinnamomi, ⟨omnium specierum XI⟩ ʒ binas, opopanacis, castorei, aristolochiae

2 mittunt *p.* 3 cutī *p.* 4 quantitatem *p.* 6 sanguinis *om. c.* 7 diem *cp* (*sed* post VII dies aut XI d. diem *c*). geralogodion *c*, xeralegodion *p (cf. Sim. s.* iera, *Steph. thes. V, 344 Par.).* 8 appellatum antidotum *cp.* in potione *om. c.* 9 dato *c*: data *p.* 10 ypocras *c*, ypocrates *p.* 11 amforismis *c*, āphori. *p (Hipp. III, 727).* unū q̧ purgatorium o. *c*, unum quemque purgatum o. *p.* 12 yera *p.* 13 casus *c*, caīs *(sic) p.* mirre *p*: her̄ *(sic) c.* 14 ʒ singl'as *c*, an̄. ʒ. II. *p* (ī å ʒ IS. $p^c$). armoniaci *cp (ut semper).* elebori *cp.* 15 folii cretici *cp.* asse *c*: assate *p.* diagridii *p*, diagredii *c.* 16 omnium — semis *(om.* ʒ*) c*: an̄. ʒ II. et S. *p.* 17 carne quam guldus vulgus geldan vocāt *c*, cortices quos vulgus gelelā dicit *p* (*cf. Antidot. cod. Par. f.* $86^b$ *1* „Cataputie catartice aloydarie. ℞ aloes epatice . diagridii . gelẹla (*sic* $p^c$ = gella) interiores carnes trium paria pondera . . .). *est gr. ἐντεριώνη.* 18 yperici — marubii *p*: *om. c.* cimi (= timi) *c.* 19 camedreos *cp.* dauci *iterum addidi.* cͤtici *(ut supra) p,* creti *c.* cinamomi. an̄. ʒ II — castorei *om. c.* 20 opopanace *p.* aristologie. lo. (longa *c*) *cp.*



longae, piperis albi et longi et nigri, croci et sagapeni, petroselini macedonici, omnium specierum VIIII ℈ singulas, mellis despumati quod suffecerit. et est perfecta dosis ʒ IIII. aliquantis ʒ III dabis, secundum hominis crasin, id est naturam vel temperantiam corporis. et postquam diligenter fuerint purgati, lac asininum aut caprinum schiston appellatum, sicut in dysentericis, frequenter potui dabis, aut ptisanae sucum aut faeni graeci sucum similiter dabis ob lenificandam intestinorum rasuram ex antecedenti malo humore effectam.

aliud. ad elefantiasim. coriariorum rus herbae viridis suco cum vino tritae totum vultum penna illines.

aliud. ad strumam. amylum optimum adiuncto modico cumino albo cum ovi albumine tenui teres et horis serotinis totum vultum oblinies et per totam noctem siccari dimittes. tunc lucescente die frigida aqua lavabis. aliquando ob nimietatem callositatis etiam et guttae ammoniaci competentem modum supra dictis admiscemus.

smegma faciens ad vultum, ad nigredines et ad lentigines, quas facus appellant, et ad solis ustiones, quas efelidas dicunt. recipit ges asteros et cimoliae cretae ÷ binas, cerussae et specularis assati ÷ ternas, afronitri

1 albi longit ⁊ nigra *c*, al. ⁊ lō. ⁊ ni. *p.* 2 omnium specierum IX ʒ singl'as *c*: an̄. ℈ I. *p.* 3 sufficit *cp.* 4 dabis *om. c.* 5 crasin: horasin *c*, horas ī *p.* vel *p*: et *c.* 7 sciton *c*, sciston *p.* disintericis *cp.* 8 potabis *cp.* tipsane *c.* sucum (*post* f. g.) *om. p.* 9 similiter *p*: frequenter *c.* linificandum *c.* 11 coriariorum $p^c$: corvarum *p*, corariorum *c.* rus herbe viride *cp.* 12 sucum (—c̄ *p*) . . . tritum (—ū) *cp.* illinis *c*, linis *p.* 13 strumam *c*: —mas *p.* 14 c̄uíno *p* (*in marg.* ī å cumino al'.), cimino *c.* et cum *p.* tenui *p*: tunde *c.* 15 oblinies *c*: oblines *p.* siccare *cp.* 16 dimittis *cp.* 18 admiscuntur *c.* 19 smigma *cp.* et *om. c.* 20 facus *p*, facꝰ *c.* 21 effilidas *c*, ẹ̄fellidas *p.* gesast'os *c*, gesastare *p.* ⁊ cimolie *c*: quimolie *p.* 22 ʒ binas *c*: an̄. ÷ III. *p.* ceruse specular assati an̄ ÷ III. *p.* assati *cp.*

albi ÷ I, fabae fresae pollinis lib̄ I. conficies et exinde vultum lavabis.

### LXXIIII. Ad ragadas.

Ex antecedenti egestionis nimia duritia frequenter in sessu, quem Graeci edran vocant, diversa podicis vitia efficiuntur, ut sunt ragades, id est hiatus, et tumores, quos Graeci flegmonas, et condylomata, quae nos latino sermone dicimus tubercula.

propter ea curationis tempore cataplasma edricon appones, quod Latini sessorium dicunt. et conficitur sic. panis mundi medii infusi vino veteri et rosae siccae similiter infusae ℥ II, croci dimidiam, meliloti purgati sine semine in aqua cocti ℥ III, faeni graeci pollinis ℥ II, ovi assi vitellum unum, olei rosacei quod suffecerit.

alia quae appellatur a Graecis dactylice, id est podicalis, siquidem podicis vitia emendat. recipit cerae ÷ I, adipis anserini, plumbi combusti, ambarum specierum ÷ singulas semis, ysopi attici suci, butyri, cerussae, omnium trium ÷ binas. solubilia resolves et rasum cerotarium aridis commiscebis. summe ducit cicatricem in omnibus locis.

aliud medicamentum edricon, sycotice appellatum, ad condylomata et ragadas et ad podicis inversiones, quas

1 ÷ I. *p*: ℥ *(sine num.) c.* faue frixe *c.* l'. I. *p*, lıb' I *c.* conficis *c*, —ce *p.* exinde *c*: inde *p.* 2 lavabis *c*: lava *p.* 3 Ad ragadias *c*, (ragadas *ind. p*), De diverso podicis vitio. ℞ *p.* 4 antecedentis *p* (—ti *c*). ī sesso *c*, incēsu *p* (incessu *p*ᶜ). 5 quam *cp.* greci *om. p.* edram *p*, edaot *(sic) c.* 6 ragade *p*, rapade *c.* 7 quos *c*: quas *p.* flegmones *cp.* 8 dicimus hoc ūo sentula *c*, tubercula dicimus *p.* 11 medium *cp.* infusum *p*, *om. c.* rosa sicca s. infusa *p* (—e *c*). 12 melliloti *cp.* 14 sufficit *cp.* 15 aliud ꝙ *c.* dactilice *c*: diartilice *p.* 16 ℞ *cp.* 17 ambarum — semīs *(sic) c*: an̄. ÷ I. S. *p.* 18 antici *c*, actici *p.* ceruse. an̄. ℥ II. *p.* 20 commisces *cp.* 22 ficotice *cp.* 23 ragades *c.* ad podicis i. *p*: ad ydropicum i. *c.*



Graeci ectropas vocant, et ad dolores intolerabiles. recipit spumae argenti, cerussae, mastices, omnium ÷ ternas, cerae ÷ VI, iusquiami viridis suci, olei myrtini libras singulas. quae sunt sicca teres cum suco iusquiami et sic cerotarium rasum admiscebis. et in usu tolles ex ipso medicamine et teres in mortario plumbeo cum rosaceo aut myrtino oleo donec crassescat, et illines locum. et si volueris, ex ipso medicamento emplastrum superimpones et ligabis.

### LXXV. Ad idema.

Antiqui seu veteres medici dicunt esse idema, quod nos aquosam inflationem dicimus, subalbidam et laxam extantiam quae ostendat digitorum impressione designatas concavitates corporis resurgere. et fit vel generatur ex flegmatis substantia aut ex spiritu vaporoso circa pedes vel crura saepe eveniens in pthoes, hoc est in pthisicis et in cachexies, id est corporum malis habitudinibus. frequenter si cum tenui febricula contigerit, hydropicas superaffert passiones, et maxime in cachecticis corporibus, id est mala habitudine affectis, praesertim si et ventris fuerit cursus in isdem, ut dixi, passionibus, sub difficili temperantia corporis, quam Graeci dyscrasian vocant, stomachus nocetur.

1 hec tropas *c*, ēc̊pas *p.* ℞ *cp (cf. Petroc. p. 278).* 2 mastici *c*, masēící *p.* 3 an̄. ÷ .III. *p.* l' singl'i *c*, an̄. l'. I. *p.* 5 admisces *p*, ꝯmisces *c.* in usum *cp*: cum opus fuerit *Petr.* et ex *p.* 7 aut *p (Petr.)*: et *c.* illines *p*, —nis *c.* 8 īponis *cp.* 10 Ad hydema *c* (idema *ind. p*), De aquosa inflatione. ℞ *p.* 11 idema *p*, hidema *c.* quam *cp.* 12 subalbida et laxa extantia *cp.* 13 ostendat *p*: —dit *c (ad rem cf. Oribas. synops. 7, 35 ex Gal. X, 963).* īpressiones *c*, —nem *p.* 14 corporis *om. p.* 16 pthoed' *c*, pthocs *(sic) p* (*ἐν φθόαις Gal. X, 953. XI, 101*). ħ ℥ tysicis *c*, .ī. ptisicis *p.* 17 cacexies *c*, cacexics *(sic) p.* malas habitudines *cp.* 18 ydropicas *cp.* 19 afferre *p.* caceoticis *c*, caceticis *p.* 21 hiisdem *c*, hisdem *p.* 22 discrassiā *c*, diatrasī *p (in marg.* ī å dīac̈ſian *p*ᶜ*).*

in curationibus vero si cum constrictione ventris fuerit passio, cataplasmabis laborantes ex faeni graeci et lini semine et hordei farina, adiuncto sufficienti cumino et ruta, hieme et lauri bacis cum modico melle et oleo. et postquam tuleris cataplasma, ante et retro cucurbitas dabis et lanis mundis loca tutabis et fasciabis. et ieiunis antidotum diureticum dabis superius in nefretica passione conscriptum. post haec epithima dia spermaton vel dia samsucu appones, et acri clystere ventrem deduces, aut certe oxymelle cathartico competenter purgabis, quod oxymel inferius in loco suo conscripsimus.

sin vero cum fervore et tensione et gravedine cum aliquanto dolore ipsam tumoris sive *inflationis extantiam* in cruribus senserint aegrotantes tempore quo magis deambulaverint, oportet sola crura per totum levioribus ac multis laceraturis scarifare eo modo quo superius ignem sacrum scarifare praecepimus, vel pro scarifatione sanguisugas appones. et post detractionem sanguinis factam poscam cum modico alumine temperabis, ex qua posca penicillos rudes ac molliores moderate expressos superpones et ligabis. et post dies III dia iteon emplastrum appones. aut certe illud quod a Graecis e barbaros ap-

**δύσπνοια**: dispnia (dipsnia *gc*, disnia *p cf. Sim. s.* disnia) a Graecis dicitur id est difficultas respirationis 41 (*cf. ib.* dispnoici).
**ἐγκάθισμα**: insessionis fomentationes, nam Graeci encatisma vocant 46. decoctio in encatismate id est in balneo supra sellam sedenti . . . adhibita 81 (*cf. Sim. s. v.*). *Cael. chr.* 5, 69 et sessionem ex vino vehementiori confectam quam ἐγκάθισμα vocant.
**ἔγκαυσις**: si ex encauseos fuerit dolor id est ex ustione aeris 1. si ex encauseos caput doluerit laborantis id est ex adustione 61. ex . . . adustione quod ex encauseos (quam encauseos *cp*) dicunt 62. 64. (*item App. cod. Par. f.* $85^b$ ex adustione quam Graeci encauseos dicunt).
**ἐγκολπισμός**: *Sim. s.* „encolpismus gr. Cassius Fe. ca. (78) . . . iniectio in matricem“ — *vid.* κόλπος.
**ἔγχυμα**: ad dentis dolores enchima (endima *c*, enclima *p*) id est infusio in nares 32.
**ἕδρα**: in sessu quem Graeci edran vocant, diversa podicis vitia efficiuntur 74. *cf. Cael. chr.* 4, 45 (*item* 86) sessioni quam Graeci ἕδραν vocant.
**ἑδρικόν**: cataplasma edricon appones quod Latini sessorium vocant 74. aliud med. edricon *ib.*
**ἐκδόριον**: medicamento discoriatorio (descor— *gc*, decor— *p*, excor— *Sim. s.* exdorion) quod Graeci ecdorion (exdorion *c*) vocant 13.
**εἰλεός**: = verticula intestinorum 51 (*Cael. p. 235. 236*).
**ἐκτροπή**: podicis inversiones quas Graeci ectropas (hectropas *c*, encropas *p*) vocant 75.
**ἐκτυλωτικός**: medicamento ectilotico (et cilotico *g*, ectillotico *c*) id est excallatorio infra scripto 20 — confectio collirii siringiaci ectilotici (ectilogici *g*) *ib.*

**ἐλατήριον**: flegmagogum purgatorium quod dicitur elaterium 8.

**ἐλελίσφακος**: elilisfaci semen id est herbae salviae 76.

**ἕλμινθες**: lumbrici quos Graeci elmintas dicunt 72.

**ἐμβροχισμός**: embrocismo curentur id est olei infusione foveantur 42 (*cf.* embroca embrocare *passim ap. Cass.* „embroca gr. infusio quam nos fomentum dicimus" *Sim.*).

**ἐμπύημα**: empiemata dicuntur collectiones sive apostemata occulta 21. interna collectione quam empiema dicunt 40 (*cf.* *44*).

**ἐμπυω(η?)τικός**: empy(i)oticis (*sic gcp Sim.*) adiutoriis uti oportet id est quae saniolam nutrire valeant 21.

**ἔμφραξις**: ad obtrusiones (aurium) quas Graeci enfraxis (anfrosis *c*, ēfrasī *p*) vocant 28 (ad enfrasin epatis *c* 44, *ubi* ēfrasī, ēfrax. *p*). anfraxis *Alex. lat.* (enfraxim i. opilationem 1, 92. anfraxis i. constipatio 2, 154).

**κατὰ ἕν**: cocci gnidii . . . grana . . . in uvas passas singulas . . . indues (*al.* includes) et dabis . . . cata en(a) id est singulatim (singulatim cata una *cp*) comedendas 76.

**ἔνεμα**: enema id est iniectio 51 (enema colicon anodinon *ib.*). *cf. Sim.* enema proprie vocatur decoctio que per clisterem mittitur.

**ἐνετήρ**: decoques . . . et supposito clunibus cervicali inicies per enetera id est tibiam iniectoriam 48. *cf.* 78 (per enetera osseum vesica aptata infundes). *item* per auliscum fisarium 19.

**ἐν καταχαλύψει**: apostemata . . . absconsa et in altioribus viscerum partibus nata (in occultis nata *Cael. chr.* 5, 91), nam Graeci encatalypsin (*g cf. Sim.*, encaalipsin *c*) vocant 21.

**ἐντύπωσις**: quae inflatio (ventris) cum digitis fuerit impressa concavitatis formam ostendit, quod Graeci entiposin (—sis *cp*) vocant 76.

**ἐξ ὑποβολῆς**: crassius sub palpebro inungues (collyrium tracomaticum) sive sub ciliis quod Graeci exhipoboles (*g*, exipobolos *cp*) vocant 29.

**ἐπαφαίρεσις**: flebotomare oportet et secundam detractionem facere quam epafaeresin (—faresin *gcp Sim.*) vocant 24. secundam detractionem facias quam epaferesin (*sic g*) vocant 36. cum secunda sanguinis detractione quam epaferesin vocant 73.

**ἐπίθεμα**: epithima (*sic semper gcp*) dicunt Graeci medicamentum quod stomacho et praecordiis simul et ventri superponatur, cum fuerit panno inunctum 76 (*cf. Simon. s.* epythyma graece superpositio emplastrum molle vel aquosum Cass. Fe. *etc.*).

**ἐπίθεσις**: superpositionis tempore quam Graeci epithesin vocant 51. *sic* (*solemni apud Latinos omnes huius rei interpretatione quae Graecis etiam pro epitasi est* ἐπίθεσις, *ut Sor. p. 267 D. opp.* διάλειμμα) *etiam Caelius* (*ox.* 1, 45. 2, 83 *etc. nam chr.* 4, 22 *male editur* quam ἐπίτασιν vocant). *Simon s.* „epithesis superpositio Demosthenes etc." *Pseudo-Sor. resp.* 194 (*Rose Anecd. II, 267*) Quid est epithesis? superpositio. superpositio accessio aegritudinis est vel motus vitiorum et agitatio causarum earundem . . .



**ἐπισημασία**: et postquam pepsin fecerit aegritudo (febris) id est post IIII periodos sive accessiones, quas Graeci episemasias vocant 58. *item* 55.

**ἐπουλωτικός**: extrinsecus medicamentum epuloticon (—leticum *gp*, —lenticum *c*) appones id est quod valeat in cicatricem ducere 40. *cf. Simon. s.* epulentum (*qui pro Cassio quem vult citat Theod. Prisc. cap. de ptisi*). trociscus epuloticus 46 (*cf.* 45).

**ἕρπειν, ἕρπης**: araneas Graeci a serpendo quod herpen (*g*, —pin *c*) herpetas (herpenas *g*) dicunt, nos vero similiter latino sermone sicut supra diximus a serpendo serpusculos (serpiginem *Sim. s.* herpetas, *cf. Isid. 4, 8, 5* serpedo) nominamus 25. facit et ad herpetas (herbenas *g*) hoc est serpusculos 24.

**ἐρυσίπελας**: ignis sacer ab invadendo a Graecis erisipilas (*gcp* „sed Grecus erisipelas dicit" *Sim.*) appellatur, siquidem vicina sibi loca invadendo possideat 24 (*unde Isidor.* 4, 8, 4).

**ἐρυσιπελατώδης**: tumor . . . cum rubore igni sacro simulante quod Graeci herisipelatodes (*g*) vocant 36. sin vero heresipelatodes fuerint carbunculi id est cum rubore ut in vicina parte sibi veluti ignis sacer ostendatur 22. *cf. Alex. ap. Sim. s. v.*

**ἐσχάρα**: cum escara (scara *cp*) quam nos crustam dicimus 67. quam diu se escara levet id est crusta 68. scara *lat. etiam g* 22 (membrum . . . inuritur et ulceratum scaram facit) *etc. cf. Simon s.* escara (. . . Cass. Fe. scara i. crustula). *Cael. chr.* 5, 16—18.

**ἑτεροκρανία**: dispari temporum dolori, nam Graeci etherocraniam (*gc*) vocant 1. *cf.* dolores heterocranii *Marc. p. 38*, heterocraniam *p. 39*. *Cael. chr.* 1, 4 vel certe temporum (dolor) quem dolorem crotaphon (*sic ed.*) appellant. *sic et* (ἑτεροφθαλμία) „etheroftalmia Demo. est alterius oculi ab altero differens color".

**εὔχυμος**: est namque bonus humor lac quod Graeci euximon (*gp*, eupinon *c*) vocant 29 (*Sim.* eukimos Cas. Fe. bonus humor).

**ἑφελκίς**: iterum resolvuntur (ulcera) et in orificio aliquando certidiones (corticiones, —zones? *cf. adnot.*) ostendunt, quos Graeci efelcidas vocant 20.

**ἐφηλίς**: maculas nigras in vultu feminis ex abortione praecedenti factas vel adustione solis quas Graeci ephelidas (*g*, efelidas *c*, effilidas *p*) vocant 9. ad solis

ustiones quas efelidas (effilidas *c*, efellidas *p*) dicunt 73.

**ἡλίωσις**: solatione vero uteris quam eliosin dicunt 54. *cf. Cael. chr.* 4, 18 *etc.*

**ἡμικράνιος**: ad eius (*sc.* capitis) medietatis (dolorem) quem (quam *codd.*) emig(c)ranion vocant 1. aut ipsius membranae partis (passio) quam consuete emig(c)ranion dicunt *ib.* ad emig(c)ranion vero *etc.* ib. ex antecedenti dolore totius capitis aut emigranei (*sic g,* —nii *cp*) 29. *cf. Ps. Plin. med.* 1, 1 emigrania unguntur. ad emigranium *cod. Brux. Th. Prisc. p* 93b *et p. 102 ubi mox* emigranius pausat si ... *Cael. chr.* 1, 4 dolor vehemens capitis totius aut dimidii quem consueto nomine hemicraniam (*sic ed.*) vocant. *Marc. p. 38. 39 (ubi de codicis lectione non magis constat). Alex.* 1, 45—51 (emigraneus dolor, emigranea passio, emigraneum). *Escolap. chr. c.* 1: quodsi dimidium caput doluerit, emigraneum appellatur (*cod. Aug.*). trociscaria emigranica *ib.*

**θεραπευτική**: Galenus in sua therapeutice hoc est libris curationum 30.

**θρόμβος**: glebulas (globulos *Sim. s. v.*) sanguinis quas Graeci trombos (trumbos *c* = *Sim.*) appellant 30. gleboso (*al.* globoso) sanguine quem Graeci trombon (trumbon *c*) appellant 46. *cf. Cael. Aur. chr.* 2, 12. 4, 84 gelati sanguinis corpusculis quae θρόμβους appellant.

**θρομβούμενος**: si vero nigellus fuerit (sanguis) et veluti glebosus, quem Graeci tro(u *p*)mbumenon vocant 39. *cf. Cael. Aur. chr.* 4, 40 si gelatus obstiterit sanguis, quod Graeci θρόμβωσιν vocant.

**θυμοί** (*al.* θύμια *Cels. etc.*): (verrucae) in similitudinem summitatis tymi, unde a Graecis tymoe (tymos *g*, thimos *c*) appellantur 12 (*de origine nominis fere consentit Cels.* 5, 28, 14).

**ἰκτερικός**: icterici dicuntur morbo regio laborantes ... sequitur ... pallor corporis cum ... crocei vel aurei coloris fantasia, unde ab aliquantis latine aurugo (aurigo *c, Sim.*) appellatur 49.

**ἰκτερώδης**: cum ingenti pallore ictericum morbum simulante, nam Graeci icteroden vocant 32.

**ἰλιγγιῶντες**: vertiginosos quos ilingiontas appellant 1, *ubi* ilicnuntas *g*, illi gnntas *c*, giuntas (*sic, in novi versus initio altera vocabuli parte per errorem omissa*) *p*, *quo ipso scilicet codice usus videri potest Simon Januensis (saec. XIV in.) qui sub litt. G (!) habet* „Giuntas grece vertigo Cass. Fe. etc.“ *atque hoc Simone recentior fuisse correctoris manus quae saec. XIV in p adscripserit* ili. *Cassius enim* „qui continet tractatus duos de pratica“ *(ut ait Simon in praef.) significat aut exem-*



*plar Parisiense altero antidotario (i. e. libro II) post indicis capitula 81 sine discrimine auctum usque ad f. 90b ubi* Expleto libro referamus gratiam christo — *aut ei simillimum (sunt enim quae non reperiantur in app. Par., velut quae citat Simon s.* diadiptamum, gerontica, ibiscus, leuce diapsimitium *etc., sunt etiam quae non respondeant lectionibus cod. Par., velut* menticon *illud Simonis* (= mentiton *c*!) *pro* rinenciton. *cf. s.* acrocordines *etc.*

**ἴονθοι**: ionti (hionti) = (*tit.*) papillae quae in vultu nascuntur 7.

**ἴσχαιμος**: (dia sfongon) schemon id est ... retinens sanguinem 30. anagargarisma schemon (*gc*, scemon *Sim. s. v.*) appellatum id est retinens sanguinem 39.

**ἰσχίον**: et est sciadica (—tica) causatio in vertebro quod Graeci uoxile (*sic c et Sim. s. v.*, coxile *p*) vocant 53. *cf. Sim. s.* ischion vertebrum scia (vertebrum = ἰσχίον *Cael.*, vertebrorum *v. l.* vertibulorum ossa = scia, ἰσχία *Isid.* 4, 7, 29).

**ἰσχουρία**: scuria (*cp Sim.*) id est ex toto urinae abstinentia 46. ad colum et iscuriam (*codd.* disuriam) id est urinae abstinentiam 51.

**καθημερινός** — vid. ἀμφημερινός.

**καί**: ce (= et) 71 — *cf.* σιτώδης.

**κακοήθης**: in aegritudinibus malignis quas Graeci cacoethes (cachoethes *c*, chachohetes *p*) appellant. *cp* 17.

**κακόχυμος, κακοχυμία**: in cacocymis (*g*, —cimis *cp*) corporibus id est malo humore possessis 26. ad humoris malignitatem quam cacoquimiam (*g*, captochimiam *p*) vocant 42.

**καλαμίνθη**: nepetam viridem quam calaminten (—mitem *p*) vocant *p* 43. *cf. Gargil. 23.*

**καρκινώδης**: cancerosa ulceratio ... gingivarum quam Graeci carcinoden vocant 32.

**καρκίνωμα**: ad omnia carcinomata matris id est cancerosa 79.

**καρφολογία**: aliquando e parietibus stipulas legunt (frenetici), quod Graeci carfologian appellant 62. *cf. Cael. ox.* 1, 21. 48 (carphologiam quae est festucarum levium a parietibus veluti detractio).

**κατά**: κατὰ ἕν — *vid.* ἕν.

**κατ' ἴξιν**: si una pars faucium tumuerit, ex ipsa parte quod Graeci atexin (*gp*, *l.* catixin) vocant, in brachio flebotomare 37.

**κατὰ λόγον**: secundum rationem curare quod Graeci catalogon appellant 20. 26. 27.

**κατὰ σύμφυσιν**: scrofas ... connaturatione infixas quod Graeci cata sinfisin vocant 26. *cf. Demosthenes ap. Sim. s. v.*

**καθ' ὑπόρρυσιν**: etiam et scema iacendi patientibus tale esse oportet ut semper (super *codd.*) orificium pendiginis iusum meatum habeat, quod

Graeci cata (h *add.* cp)yporrusin (*g*) vocant 19.
**κατάρροια, κατάρρους:** nimia toracis constrictione ex viscosi flegmatis infusione nata quam Graeci catereon (*gc*, catareon *p* — *leg.* catarian) sive catarrum vocant 34. frequenti catarro (—ru *g*) temptatis 36. (= influxio *Cael.*).
**κατωτερικός:** trociscus catotericus id est qui deorsum per podicis partes iniectus servando inferiores intestinorum partes medetur 48.
**καῦσος:** causos latino sermone febris incendiosa dicitur 61 (*cf. app. cod. Par. f.* 87ᵇ universis viscerum incendiis convenit . . . et febribus incendiosis a grecis causoninis appellatis).
**καυστικός:** causticae . . . virtutis id est incensoriae 13.
**καχεξία, καχεκτικός:** corporis mala habitudine quam Graeci cacexiam vocant 32. *item* 43. 46. 73. in cacexies (*cp*) id est corporum malis habitudinibus 75. *Cael. chr.* 4, 18 *etc.* — in cacecticis corporibus id est mala habitudine affectis 3. 75.
**κεγχρίας:** aliud genus herpetis, quem Graeci cencrias (*sic*) vocant, siquidem in superficio cutis pustulas minutas milio similes ostendit. quam Latini vulgo araneam verrinam vocant. 25.
**κένωσις:** vacuationem aliquam facere quam cenosin vocant sive per clisterem acrem adhibitum sive per purgatorium datum sive per flebotomiam 55. *cf. Cael. chr.* 3, 148 (vehementem humoris detractionem . . . quam Graeci κένωσιν vocant).
**κεφαλαία:** tardum sive inveteratum capitis dolorem quem Graeci cephaleam appellant 1. *cf. Cael. chr.* 1, 4.
**κεφαλόποδες** (?): vel (?) pedes quos appellant cephalopodas 40.
**κιονίς:** (uva) si fuerit longa et tenuis et in folliculi sui summitate plurimum humoris habuerit, cionis (cyonis *g*) appellatur 35.
**κνησμονή:** pruriginem omnem Graeci cnesmonen (henesmoncam *c*, henesionem *p cf. Sim. s.* henesmone) vocant 16.
**κόκκος κνίδιος:** cocci gnidii id est seminis turbisci 76 (*cf. ib.* cocci gnidii optimi id est non vetustissimi sed novelli ex locis maritimis collecti grana *etc.*). *cf. Diosc.* 4, 170 θυμέλαια, οἱ δὲ χαμέλαιαν . . . ἐκ ταύτης ὁ κνίδιος κόκκος καρπὸς ὧν συλλέγεται . . . πλανῶνται δὲ νομίζοντες τὸν κνίδιον κόκκον τῆς χαμελαίας (*de qua Diosc.* 4, 169) εἶναι κάρπον ἀπατώμενοι διὰ τὸ τῶν φύλλων ὁμοειδές. *recte igitur inter chamelaeam et coccum cnidium distinguere videtur Cael. Aur. (i. e. Soranus) chr. 3, 138. confunduntur tamen thymelaea et chamelaea, ut a Plinio* (13, 114), *ita post Dioscoridem, ut chamelaeae simpliciter dicatur granum cnidium* [*ita etiam Galenus, qui omittit thyme-*



*laeam*, κνέωρον *vocari dicit chamelaeam* (XIII, 263) *quae thymelaea est Dioscoridis* . . . τὰ δὲ φύλλα ἅπερ ἰδίως καλεῖται κνέωρον 4, 170] *et apud Pseudo-Apuleium* (*cap. de lathyride* 111, *de qua D.* 4, 164 = *Plin.* 27, 95 *cf. Gal. antemb. XIX*, *734. Ap. c. 109 confundit chamaeleonem etiam et chamelaeam i. coccum*). *et a Caelio chr.* 5, 11 chamelaeae semen quod Graeci coccum Cnidium vocant *et ab Alexandri interprete lat.* (*saec. VII init.*) II, 153 (*cf. gr.* IX, 2 *p.* 516 *Bas.*), *ubi* camelee . . . *addit* unde cocognidion colligitur. *quem Alex. citat Simon Ian. s.* camelea grece quasi infima oliva dicta (*cf. Mattheus Silvaticus c. 129* „et est plantaque vocatur olivella" *idemque s.* turbiscon i. olivella. et est laxativa que est species laureole) eo quod folia habet similia foliis olive . . . et semen eius est cocognidion *etc. cf. idem s.* cocognidium, *ubi addit* qui dicunt cocognidium semen esse laureole non noverunt veritatem (*nec novit corrector codicis Cassii Paris. cui* videtur quod turbiscus sit laureola). *laureola enim* (*ut Sim. s. v. et s.* dafnoides) *est* δαφνοειδές *Diosc.* 4, 146 *quod alii* χαμαιδάφνην (*quam distinguit Diosc. 4, 147*) *secundum editorem* (*saec. VI*) *graeci Dioscoridis ad litteras dispositi ad D. 4, 146 et 147* δαφνοειδὲς . . . οἱ δὲ χαμαιδάφνην — χαμαιδάφνη . . . οἱ δὲ δαφνίτην (*i. e.* δαφνοειδές) . . . Ῥωμαῖοι λαυρέολα. *erat autem quod Simonis causa dico, laureola* („dafnoides id est laureola") *in vetere Diosc. translatione latina* (*quam citat Mattheus Silvaticus s.* camelea). *ceterum de tribus his eiusdem generis* (*Daphne*) *speciebus vid. Fraas flor. class. p. 224 sq. cf. Matth. Silv. c. 129.*

*turbisci novum est vocabulum, cui antiquus nunc testis Cassius accedit iis quae collegit Simon Ianuensis. hic enim, qui sub v.* timelea Dioscorides aut camelea. multi istam cocognidion dixerunt quia (quod?) maxime semen turbisci est (*sequuntur deinde verba Diosc. de thymelaea et Plinii*), *haec addit s.* camelea . . . liber antiquus de simplici medicina „camelea sive turbiscus quasi olea terrestris" etc. liber de doctrina greca „idem camelea turbiscus" etc. *atque sic revera etiam in libro q. d. de herbis Galeni* et *Apulei et Chironis* (*Anecd.* II, 122) *c. 93 de camelea:* Camelea hoc est turbiscum. folia habet similia oleastro et amara (*etc.* = D. 4, 169 *de chamelaea*) . . . semen eius siccum coccum gnidium (coccu | nidium *cod.*) dicitur.

*cf. Isidor. or.* 17, 7, 56 turbiscus quod de uno cespite eius multa virgulta surgunt quasi turba (*nil ultra ille*).
**κόλλησις, κολλητικός:** collesin . . . id est glutinationem 18. colleticam (collecticam

*gp, Sim. s. v.*) virtutem id est glutinatoriam 39.

**κολλώδης:** glutinosum flegma quod Graeci collodes (coliode *gcp*, colliade *Sim. s. v.*) vocant 34.

**κόλον** (*unde* κολική): totius ipsius intestini, quod Graeci consuete colon appellant, quod aliquanti inferiorem ventriculum dicunt 51 (*cf. Poll.* 2, 209 καλεῖται κόλον καὶ κάτω κοιλία).

**κόλπος:** pendigines vel sinus (ulcerum *Sim. s.* colfos) Graeci colpus (colfus, —fos *gp cf.* 19 colfi ipsius *g*) vocaverunt 19. encolpizabis (encolpismum) *id est* supino scemate iacentis in sinum mulieris infundes quem Graeci colpon (colfon *p*) appellant 78.

**κονδύλωμα:** condilomata quae nos latino sermone dicimus tubercula 74 (*cf. Cael. chr.* 2, 129 tubercula quae Graeci condylomata vocant).

**κοῦφος:** cucurbitas cufas id est levi cum appositione deduces 71 (*cf. Cael. ox.* 1, 78. 79. *chr.* 1, 77 *in eadem re etc.*) ... *item* blande deduces 77.

**κρᾶσις:** naturam sive temperantiam corporis quam Graeci crasin appellant 39 (*ubi citatur* Galenus libris pericraseon appellatis in quibus de temperantia corporis scribit).' secundum hominis crasin id est naturam vel temperantiam corporis 73.

**κριτικός:** sunt autem dies critici (cretici *cp*) quibus per sudorem prospera determinatio febrium sive discussio fieri solet 61.

**κροκυδισμός:** crocidismos id est flocorum electio, si quidem digitis frequenter ipsi patientes (frenetici) operimenta attractare videantur 62. *cf. Cael. ox.* 1, 21. 48.

**κωδύα:** codias id est papaveris agrestis capitella 62 (μήκωνος κωδύας).

**λαχανώδης:** holerosus — *vid.* **σιτώδης.**

**λειεντερικοί:** lienterici dicuntur qui ... cibos ... indigestos ... tamquam per levem intestinorum lapsum egerunt 47 (*cf. Isid.* 4, 27, 37. λειεντερία = levitas intestinorum *Cels.*).

**λειχήν:** impetigines quas Graeci lichenas (*sic gp*, lichiunas *c*) vocant, Latini vulgo zernas appellant 11.

**λειχηνικός:** trociscus appellatus a Graecis lichenicos⟨i.⟩ medens impetigines 11.

**λειχηνώδης:** maculae ... asperae veluti zernosae, quas Graeci licenodes (licedones *p cum Sim. s. v.*) vocant 9.

**λεπίς:** corticosas squamulas in cute ostendunt quas Graeci lepidas vocant. unde nomen a Graecis lepra accepit 15. super inducta lepida (*sic gcp*) quam nos squamulam dicimus 20.

**λήμη:** egestiones sive pituitas oculorum quas Graeci lemas vocant 29. *cf. Dem. ap. Sim.* s. lēnas (= *Cass. cod. p*) *et* s. lema: lemas inquit vocant Graeci grana parva sicca ac dura in oculis apparentia,



quas gramas etiam vocant. (*Cael. ox.* 2, 30 oculos lemis obsitos vel lacrimantes. *cf. Plin.* 23, 49).

**λιθιῶντες:** calculosis quos litiuntas (*p*, lithiuitas *pro* lithuntas *c*) vocant 45 (*Sim.* s. lithyasis).

**λιπαρός:** aluminis lipari id est liquidi 48. *item* 42 (*cit. Simon s.* alumen). *et simpliciter* alumen liparum 4. 10. 32 (rotundum *ut supra scripsit* $g^c$ 4. 42).

**λιποθυμία:** cum ingenti animi defectu quam lipotomian (*g*, lippotomiam *Sim. s. v.*) vocant 21.

**λογάδιος:** (ἱερά 73) — *vid. ad. p. 176, 7.*

**λυσσόδηκτος:** lissodecti (—denti *cp*) id est qui rabidos morsus incurrerunt 67.

**μακρονοσία:** macronosia laborantibus id est longa aegritudine 4. pessimam aegritudinem et prolixam ostendit, quam Graeci macronosian vocant 30. prolixam aegritudinem ostendit, quam macronosian dicunt 61.

**μαλακτικός:** pessus malacticus id est mollitorius 78.

**μαλόβαθρον:** folii (follis *p*) barbarici (*i. e.* indici, *vid. Diosc.* 1, 11) id est malobatri 45.

**μανία:** maniam facit, quam nos insaniam dicimus 61.

**μαρσύπιον:** vaporabis marsupio id est sacculo torrido sale repleto 27.

**μασώμενος:** apoflegmatismum masticatorium oportet adhibere quem Graeci masumenon vocant *cp 32* (*cf. Sim. s.* māsumē).

**μετασυγκριτικός:** adiutoria metasincri(e)tica id est quae renovare valeant temperiem corporis naturalem 8 (= recorporativa *Diosc.*, *Oribas.*, *Alex.*, *Demosth. apud Simon. s. v., item Cael. Aurel. chr.* 1, 112 *etc. cf. Gal.* X, 268). sunt enim (aquae calidae) virtutis metasincriticae hoc est quae valeant naturalem temperiem corporis renovare 46. *cf.* 21 electuario ⟨meta⟩ sincritico (sincretico *codd. cum Sim. s. v.*) id est quod valeat occultam collectionem rumpere.

**μετάφρενον:** aliquando et a tergo dolorem inter scapulas sentiunt, quod Graeci metafrenon dicunt 34. altera a tergo inter scapulas quod metafrenon dicunt 39 (*cf. Simon s. v.* ... psalterio ... posteriora dorsi).

**μήλινος:** cum vino melino id est granaticio 47 (*sed* oleum melinum 42 *sec. Diosc.* 1, 55 *est* κυδωνίων μήλων, *ut* μηλόμελι = κυδωνόμελι 5, 29. *cf.* emplastrum „melinon Vespasiani“ 21 *etc.*).

**μητρεγχύτης:** encolpizabis (encolpismum) per corneum metrenciten appellatum 78.

**μητρομανία:** metromaniam latino sermone matricis furores sive insaniam dicimus 79.

**μικροσφυξία:** pulsus parvitas, quam microsfixian vocant 42. 62. 64.

**μορία:** interiora membra corrumpat quae Graeci moria

vocant 21 (*cf. Sim. s.* morion). quo possint interiora corporis membra quae Graeci moria vocant . . . relevari 34. quo possint interiora membra a Graecis moria appellata relaxationis medelam percipere 37.

**μυρμηκίαι**: (verrucae) quae cum digito fuerint impressae dolorem faciunt similem morsibus formicarum, unde graeco nomine my(i)rmecias nomen acceperunt 12.

**νάρκη** *τῆς αἰσθήσεως*: cum perfrictione et torpore sensus quod Graeci narcodes esteseos (*cp, cf. not. et Sim. s.* narchodes) vocant 29 (*leg.* quem Gr. narcen tes e. v.).

**νεφριτικός**: nefretica (*sic etiam g* 21 *cf. Sim.* nefriticos grece nefreticus) passio id est renalis 45 (*cf.* 21. 75). *etiam ap. Cael. chr.* 5, 52 renalis passio (*νεφρῖτις* = nefresis *Sim. s. v., codd. Isid. or.* 4, 7, 24 *etc.*).

**νόθος**: non manifestus (tipus) tertianus a Graecis nothus appellatur. 58.

**νωτικὸς** (*vulgo νωτιαῖος*) *μυελός*: et dorsalis medulla perfrixerit, quam Graeci noticon (nauticon *g*) mielon vocant 38.

**ξανθὴ** *χολή*: fellis flavi quod Graeci (e)xanten cholen vocant 24. flavi fellis id est rubei, quod Graeci (e)xanten colen vocant 57.

*cf.* (e)xanton medicamentum 20 (*et* „Cass. Fe. in antidotario confectione dicta exantoxemon“ *ap. Sim. s.* catastalticum).

**ξηρόβηξ** — *vid. s. βήξ* (xerobeches).

**ξηρολουσία**: sicca lavatio quae a Graecis xerolusia appellatur 76.

**ξηροφθαλμία**: ad xeroptalmiam id est siccam lippitudinem 29 (*bis*). *cf. Cels. 6, 6* (*arida lipp.*). *cf.* (o)xira medicamentum 45.

**ὀβολός**: aut opopanacis obolos duos id est scripulum unum (*g*) 38. *cf. Sim. s.* obolus . . . in pratica Cassii oboli duo faciunt scrupulum I (*idem ait Celsus* 5, 17, 2).

**ὄγκος** *ὀχθώδης*: extantiae riposae, quas Graeci oncos octodes (encos etodes *pc*) vocant id est riposis verticibus prominentes 73.

**ὀδοντότριμμα**: dentifricium quod Graeci odontotrimma vocant 32.

**ὄζαινα**: ozaenas (ozerne *c*, zernas *p cf. Sim. s.* ozimie, *Alex. ed. Pap.* 1, 131 ozime vel ozene) quas nos fetores narium dicimus 31 (*cf. ib.* quod a Graecis appellatur ozaenicon *sc.* medicamentum).

**οἴδημα**: idema (*p*, hidema *c*), quod nos aquosam inflationem dicimus 75 (inflationem *simpl. Cael. chr.* 4, 83). *cf. Sim. s.* idema . . . per oi diphthongum scribitur *et s.* ydema (*ex Demosth.*).

**οἰνόμελι**: mulsam ex vino melle temperato (—tam *cp Sim.*) quam appellant Graeci i(y *p*)nomelitos (*sic cp et Sim. s.* inomel *et s.* mulsa) 49.



quod appellatur a Graecis cionomelitos (*sic cp*) *describitur c.* 61.

**ὀνίσκος**: asellos quos Graeci oniscos dicunt 28 (nos vero porcelliones vocamus *ait Simon s.* oniscūte, *cf. s.* porcelliones *ubi pro Cassio errans citat Dioscoridem, ex Th. Prisc. 2, 14 f. 45*[b] oniscos quos porcelliones appellamus).

**ὀξάλμη**: in aceto salso infundes quod Graeci oxalmin (oxasmin *gc*, oxomion *p*) vocant 20. cum aceto salito infundes, quod Graeci oxalmen (oxalmē *p*, oxamel *c*) vocant 28.

(**ὀξύτης**): et sunt ictericorum distantiae duae, una cum febricula, et appellatur a Graecis oxites (oxia? *ὀξύτης*?) id est acuta, altera sine febre diuturna quae appellatur cronites (cronia? *χρονιότης*) 49. *cf. c.* 30 in aegritudine acuta id est celeri.

**ὀξυδερκικός**: xero collyrium acuens visum, quod Graeci oxidercicon vocant 29 *et ib. mox* fomentum oculis acuens visum quod Graeci oxidercicon vocant (*ubi* oxidorcion *bis g*, oxidortium *Sim.*).

**ὀξυρόδινον**: oxyrodino id est aceto et rosaceo oleo ex lanis sucidis embrocabis 33 (*cf.* 1). embroce uteris . . . ex aceto et rosaceo, quod oxirodinon vocant 61. 71.

**ὀρθόπνοια**: et ortopnia (*g*, —tonia *c*, —tomia *p*) aliter dicitur, si quidem recto scemate iacentes praefocantur aegroti 41. ortopnoicis (orthomnoicis *c*) id est is qui . . . recto scemate iacentes praefocantur 43.

**ὀρός**: oros enim sanguinis qui latine serum appellatur 46 (aqua *vel* liquor *lactis ap. Th. Prisc. et Cael.*).

**οὐρητικὸς πόρος**: circa urinales vias quas Graeci uriticus porus vocant 51 (*cf. 46*). *cf. Cael. chr.* 5, 58 *etc.*

**παιδικόν**: collyrio tracomatico uteris, quod appellant pedicon id est puerile 29.

**παραπληξία** 65 — *vid.* **ἀποπληξία.**

**παρέκχυσις**: epithima . . . conveniens hydropicis ad diffusiones humoris per totum corpus, quas parecchisis (parathisis *c*, parenchisis *p*, *cf. Cael. chr.* 3, 97) dicunt 76.

**πάρεσις**: sin vero paresis (parresis *g*) fuerit stomachi id est paralysis 42.

**παρωτίδες**: nascuntur parotides (—de *c*) circa aurium partes, unde nomine graeco sic vocantur 17.

**πατητοί**: aut trigonum (trociscum) admixtis palmulis calcatis, patetoe (pateton *codd.*) a Graecis appellantur 33. *cf. Cael. ox.* 2, 108 apponentes palmulas quas patetos vocant contritas. *chr.* 4, 542 palmulis quas patetos appellant, quae concisae . . . mederi valebunt. *Plin.* 13, 45 tertium . . . genus (pomorum palmae) patetoe . . . calcatis similes. *Simon s.* patitos dactilos vocant Greci humidos pinguesque *etc.* (*cit. Gal., Alex., Demosth.*).

**περικράνιος:** totius membranae quae ossa capitis desuper circumvestit superposita ossibus subposita cuti, et appellatur a Graecis perig(c)ranion (*sic*) 1. *cf. mox ib.* membranae pericranion supra dictae (*τὸν περικράνιον ὑμένα Orib.* 44, 8 *etc.*).

**περιτόναιον:** cogente interclusa ventositate inter cutem et peritoneon membranam, quam vulgo mappam dicunt, quae ventrem sub cute circumvestit 51. (membranae maioris q. p. v. quae omnia interius tegit atque continet viscera *Cael. ox.* 3, 140.)

**πέψις:** postquam aegritudo pepsin fecerit id est digestionem 55 (*cf.* 57. 58).

**πίεσμα:** mirobalani piesmatos (*sic cp*) id est expressionis 16 (*πρὸς κνησμοὺς Diosc.* 4, 158).

**πικρά:** picra (pigra *gcp*) Galeni id est amara 42.

**πιτυίνη:** resinae pinalis quam pituinam (pithima *c*, pitimia *p Sim. s. v.*) dicunt 76 (abietalem *Sim. ex Diosc.*, pineam *Celsus*).

**πιτυρίασις:** cantabriem (capitis) Graeci pitiriasin vocant (*a squamulis cantabro similibus*) 6 (pit. id est furfures *Alex. lat.* 1, 15 *cf. Sim. s.* cantabricies vel cantabricium *sic*).

**πλαδάρωσις:** humectationem (stomachi) quam pladarosin vocant 42 (*cf. app. Par. f.* 86ª stomachum humectum habentibus quod greci pladaron dicunt).

**πλατυκορίασις:** et nominatur talis suffusio (oculorum ex antecedenti dolore capitis) platicoriasis id est dilatatio pupulae 29.

**πληθωρικός:** si et pletoricum (plectoricum *gcp*) corpus habuerint aegrotantes, quod nos latino sermone abundabile (habile *gp*, decabilē *c*) dicimus sive multitudine suci plenum 38. si . . . pletoricum (plectoricum *cp et ante corr. g cf. Sim.* pletoricos plectoricus plenus repletus etc.) corpus aegrotus ostenderit id est multitudine suci plenum 41. *cf. c. l.* . . quod Graeci pleton (*gcp*) vocant („Plethon grece plenus Cass. fe.“).

**πολύαιμος:** iuvenibus vel plurimo sanguine naturaliter abundantibus, quos poliemos vocant 30 *et similiter* 6.

**πολυπόδιον:** radix polipodii id est filicis 72 (*in addit. cod. c*) *cf. Plin.* 26, 58 polypodii, quam nostri filiculam vocant, similis filici radix = *φιλίκουλα in recens. alphab. Dioscoridis ad* 4, 185 *ubi dicitur ὅμοιον τῇ πτέριδι* i. e. filici *Diosc. lat. ap. Sim. s. v,* (*Apul. herb.* 76 Nomen herbę filicem Alii perion dicunt *cod. Cassin.* = Herba fe(i *corr.*)licem Alii pterigion dicunt *cod. Vrat. cf.* radiolus = fi(e)licina, similis filici *Ap.* 83). „ab Y. in libro de regimine acutorum filichinum vocatur“ *add. Simon ib., cf. s.* ptereos (*cit. Alex. lat.* 2, 84 ptireos — *pro* sereos — i. filicis sucos *et Orib. lat.*



VI, 607 ptereos herbae quam Romani — *sic cod. Par. ubi* nos *Laud.* — felicem vocant = *Eupor.* 4, 91 *πτέριδος ἡ ῥίζα*).

**πολύτρητος:** tibiam . . . multis cavernulis perforatam quae appellatur politretos (*p*) 48.

**πρασοειδής:** in similitudinem coloris foliorum viridium porri coleram (colera *g*) vomunt, quam prasoiden (prasohide *g, cf.* prassina colera *ex hoc cap. Sim. s. v. et* fellis prasii *Cael. ox.* 3, 194) vocant 21. *cf. διὰ πρασσίον.*

**πρόπτωσις:** proptosis vero est oculorum ex nimio tumore prominens casus 29 *Sim. s.* „proptosis: Demo. est inquit prominentia precadentis oculi“, *cf. ap. Sim. s.* protosis). — matricis prominentem casum, quem Graeci proptosin vocant 78.

**πταρμικός:** ptarmico medicamento id est sternutatorio 71 (*cf. Sim.*).

**πτύγμα:** ptigmatis (tigmata *c*, pimata *p*, ptimmata *pᶜ*) id est pannis calidis ex decoctione . . . uteris 66. ptigmate (tigmate *codd.*) fovebis id est calida aqua in qua decocta sunt *etc.* 2. *cf.* 18 ptigmate (tigma *g*, tigmate *p*, stigma *c*). 51. 61. 62. 82. *Cael. chr.* 3, 22 pannorum vel plagellarum quae Graeci ptygmata vocant. — *cf.* duplicata linteola 20.

**ῥαγάδες:** podicis vitia . . . ut sunt ragades id est hiatus 74.

**ῥευματική:** et appellatur a Graecis reumatice diathesis id est reumatica passio 23.

**ῥιζωνυχίαι:** ad rizonichia (*sic*) id est radices unguium 13 (*cf. Sim. s.* chrisonichia). *Sim. Jan. s.* „rhizentia (rizoncia *Matth. S.*) grece Cassius Felix in antidotario. sunt radices dure que in ulceribus apostematum iam vacuatorum remanent etc.“

**ῥινέγχυτον:** apoflegmatismum qui naribus infunditur, et a Graecis appellatur rinenciton 49 (*et* ferramentum *quo infunditur* rinenchyton *Cael. Aur.* 375. 445 = *ῥινεγχύτης*).

**ῥυπαρός:** hic tipus (*tertiane nothe*) sordidus a Graecis riparos appellatus 58.

**ῥωγμός:** stridor ille interior gutturis resonat quem Graeci rogmon (ragmon *c*, regmon *p*) appellant 66. *cf.* (*in eadem peripleumonia*) *Cael. Aur. ox.* 2, 145 pectoris resonans stridor quem rogmon appellant.

**σηπτικός:** septicae virtutis id est . . . putrificatoriae 13.

**σιτῶδες:** cibis inprimis triticeis et holerosis nutries, nam Graeci sitodes (—dis *cp*) ce lacanodis (celaconodis *cp*) dicunt 71. *cf. Simon s.* sitos . . sition sitodes Demosthenes capitulo de optalmia: sic vocant greci frumentosum cibum.

**σκίρρωσις:** ad duritiam splenis vel saxietatem, quam ⟨Graeci⟩ scirrosin (scirosin *s.* sclirosin — *cf. Simon s.* scirodes — *codd.*) dicunt 43. nimia tensio vel saxietas, quam scirrosin (scirosin *s.* sirosin *codd.*) vocant 76. *cf. Cael. Aurel. chr.* 3, 49 in

iecore . . . duritia atque saxitate, quam scirrosin vocant.
**σκοτωματικός**: ad tenebrosos quos scotomaticos dicunt 1. scotomaticis id est qui subito ante oculos tenebras patiuntur 71.
**σταλτικός**: cucurbitas stalticas id est constrictorias 33. 47 (*cf. Cael. Aur. chr.* 2, 103 cucurbitam constrictivam). stalticis id est constrictoriis 72. *cf. Sim. s. v.* . . . Cass. Fe. capitulo (33) de tussi humida: stalticas Greci constrictivas vocant.
**σταφυλή**: stafyle (stafile *g*) a Graecis appellatur, quam nos uvam dicimus 35.
**στέαρ**: unde . . . steatomata vocantur. nam Graeci adipem stear dicunt 27.
**στερεός**: ciborum qualitas . . . oportet esse sicca vel solida aut corpulenta, quam Graeci sterean (sterea *codd.*) vocant 33.
**στίγμα**: stigmata dicuntur characteres nominati, quos militantium manus vel feminarum Maurarum vultus ostendit 13. *cf. Sim. s. v.* . . . Cass. Fe. stigmata cicatrices.
**στοματική**: confectio oralis, quam Graeci stomaticen vocant 36.
**στρογγυλοτομία**: rotundam (incisuram) quam Graeci strongylotomian vocant 18.
**στρόφος**: ad strofum id est tortum ventris 50.
**συγκοπή**: aliquanti . . . hanc passionem (cardiacam) sincopen appellaverunt id est amputationem 64. *cf. Alex.* 3, 21 quedam ruine virtutis quas greci sincopas vocant (*sic etiam Guinterius retinuit in versione sua quae ad exemplar veteris latinae facta est ed. Bas.* 1556 *p.* 697).
**συγκριτικός** — *vid.* μετασυγκριτικός.
**σύκωσις**: ad sycosin (palpebrarum) quam nos ficitatem dicimus, siquidem similis granis fici in palpebris versatis asperitas reperiatur 29 (*cf. Demosth. ap. Sim. s.* sicosis). — sicotice (*med.*) 74.
**σύμπασμα**: simpasmate tali uti oportet . . . cribellata in balneo aspergenda 6 (7. 8. 76). *cf. Cael. Aur. ox.* 2, 218 (*chr.* 3, 93. 5, 39. 76) sympasmatibus utentes quae nos aspergines dixerimus.
**συμπεπτικόν**: simpepticon medicamentum id est condigestorium 42.
**σύμπτωματα**: quae a Graecis simptomata appellantur, nos vero accidentia dicimus (*c, vel* dicere poterimus *p*) 46. *cf. C. A. chr.* 4, 14 symptoma . . . quod nos accidens dicere poterimus. 3, 131 accidentia passionum quae Graeci symptomata vocant. *ox.* 1, 71. 2, 30 *etc.*
**συναγχικός** — *vid. s.* ἀγχόνη.
**συνεχής**: nam Graeci continuam (spirationem) vel iugem syneci (sinecim *gp,* sinecem *Sim. s.* sinanchis) appellant 37.
**σύνοχος**: ad iugem sive continuam febrem quam Graeci sinocon dicunt 61.
**σύριγξ**: fistulas Graeci siringas appellant 20. *cf.* siringotomo *ib.*



**σχιστόν**: sciston dicunt Graeci lac in quo lapides fluviales incensi mittuntur sive extinguntur 62. *cf. ind. Anthim. s.* petrae.
**τένοντες**: musculorum et nervorum cervicis quos tenontas (tetanos *gcp*) dicimus 38. a nervis cervicis quos tenontas (tonantes *c*, tetanos *p*) dicunt 72. *cf. Cael. Aur. chr.* 1, 89 omne caput cum nervis maioribus quos tenontas appellant (*id. chr.* 5, 32 spinae maioribus nervis quos tenontas appellant. *cf. ox.* 2, 20 *etc. Sim. s.* tenontas: Demosthenes nervi, inquit, cervicis quos greci tenontas vocant *etc.*).
**τερηδών**: aliud cancri dentis genus . . . tumor . . . qui ipsam buccam perforet, quod Graeci teredona vocant 32 (*cf. Gal.* XIX, 443. *Sor. qu. med.* 227 *sq.*).
**τετράριζοι**: illi maiores (dentes) vel molares qui quattuor radicibus fixi esse noscuntur, quos Graeci tetrarizus vocant 32.
**τεφρώδης**: ulceratio . . . cinericio colore fuscata, quem tefroden vocant 36.
**τιλτόν**: molli (moto?) tilto (μότῳ τιλτῷ) vel strictorio 19. *cf.* tiltarium.
**τονωτικόν**: tonoticon . . . medicamentum id est confortatorium 42. epithimate tonotico uteris id est confortatorio 42. antidotum tonoticon id est proficiens adversus debilitatem (epatis) 44. *cf. c. 42* species tonoticas admiscebis.
**τοπικά**: topica adiutoria adhibere quae nos localia dicimus 2. adiutoria localia quae topica appellant 1. topicis adiutoriis uteris id est localibus 66. topicis medicamentis id est localibus 31.
**τραχώματα**: ad tracomata id est asperitates palpebrarum 29 (*item Paulus ap. Sim. s. v.*) — collyrio tracomatico *ib.* (*cf. Gal.* X, 1018).
**τρίσπερμον**: trispermo cataplasmabis id est tribus seminibus ex feni graeci et seminis lini et hordei (tritici 66) pollinibus cum aqua et oleo et modico melle concoctis 59. *cf.* 34. 66. *et Paul. ap. Sim. s. v.*
**τριχοκόλλημα**: tricocollima capillis oculorum ligandis 29.
**τροχίσκος**: cerae modicum admiscebis et rotulas finges, quas Graeci trociscos vocant 32. (trociscus trigonus 33. 39. 40.)
**ὑδρέλαιον**: ex ydrelaeo (idroleo *codd.*) calido id est ex aqua calida et oleo 54. ex ydrelaeo id est ex aqua calida et oleo 65. (57.)
**ὑδροφοβικοί**: ydrofobici efficiuntur id est aquam timentes 67.
**ὑπεζωκός**: hypezocotos (hipediocotā *cp*) id est laterum membranae 66. *cf. Cael. Aur. chr.* 2, 127. 5, 95.
**ὑπερέγχριστον**: collyrium superinunctorium quod Graeci

hyperenchriston (yperechriston *g*) vocant 29.
**ὑπερῴα:** per palatum purgabis quod Graeci dia tes yperoas dicunt 1.
**ὑπόθετον:** collyrium suppositorium (*ad disenteriam*) quod Graeci ypotheton (ipoteton *c*) vocant 48. *cf. in eadem re Alex.* 2, 97 „ipoteca i. suppositorium".
**ὑποκαπνιστός:** suffumatorius (*sic g*, trociscus quem Graeci ypocapniston vocant 21. *item* 33 (*cf. Plin. med. Rom. 1, 61*). 41. 77.
**ὑπόσφαγμα:** ad hiposfaumata (*sic g*, hipostumata *Sim., cf. c*) id est ad suffusionem sanguinis (ex antecedenti percussu in oculis factam) 29. *cf. Sim. s.* hypostumata *et* s. ypofragma (*sic!*).
**ὑπώπια** (= ὑποφθάλμια *Gal.* XII, 804): ad ipopia (*sic g*) id est livores palpebrarum 29. *cf. Demo. ap. Sim. s.* ipopios . . . alibi . . . vocat livorem sub oculo vel ipsis palpebris. *diff.* ὑπόπυος: hypopyos (hipopios *g*) oculos sanat 29 (*cf. Demo. ap. Sim. ib.* ypopios oftalmos appellatur cum ipso oculo inerit sanies purulenta *etc. et addit Simon:* „si sic est per. y. psilon melius scribitur").
**φακοί:** ad lentigines, quas facus appellant 73.
**φαρμακεία:** „catharticum datum, quod farmacian (?) appellant, solvit... (*ex Hipp. aph.* III, 753 *Lips., ubi* φαρμακοποσίη) 29. (*cf.* pharmacia = medicaminum regula *C. A.*)
**φάσσα:** palumbus quem Graeci fassan appellant 48.
**φθειρίασις:** pediculosa passio . . . quam Graeci pthiriasin (pyasin *g*, pyriasin $g^c$, ptiriasin *pc*) vocant 3.
**φθόη:** eveniens in pthoes (ἐν φθόαις) hoc est in pthisicis 75 (*de* pthisicis — ptisici, ptisica passio *sic et g Cass. c.* 40 *etc.* — *cf. Sim. s.* „ptisis . . . non scribitur apud Grecos cum pt sed cum fth ut fthisis").
**φιλολουτροῦντες:** lavacrorum amatores quos Graeci filolutruntas appellant 57.
**φλεγματικός:** somni flegmatici id est salivam [per os *p*] ostendentes 72.
**φλεγμονή:** ad tumores (aurium) quos Graeci flegmonas vocant 28. tumores quos Graeci flegmonas 74.
**φοινιγμός:** ut operetur usque ad ruborem cutis quem Graeci finigmon vocant 1 *extr. cf. C. A. chr.* 5, 40 rubor cutis ex sinapi faciendus quem Greci φοινιγμὸν appellant (5, 15. 2, 181).
**φοινικίνη** (finicene) Galeni 39. 40. 46. epithima dia finicon 48.
**φυσαλίς** = herba vesicaria 45. 46 (*Plin.* 21, 177. βισσικάλις *Diosc. Vind.* 4, 72 = vesicago *Alex.* 2, 188. *cf. not. ad c.* 45).
**χαλαστικός:** pessus calasticus faciens ad solvendam (duritiam matricis) 78 (*cf.* 38. 51. 66).



**κεχαλασμένος:** ad uvas tumentes et summissas, quas Graeci ‹ce›chalasmenas (thaias menas *g*) vocant 35.
**χείλη κατεῤῥωγότα:** labia hiantia sive crispata Graeci chile caterrogota vocant 14.
**χειμών:** ab hiemis tempore quod chimona vocant 10.
**χειρόμυλο(ν):** et moles manuali mola, nam Graeci chiromilon vocant 40.
**χήμωσις** *definitur* 29 (*cf. Th. Prisc. et Demosth. ap. Sim.*).
**χίμεθλα:** Latini perniones... Graeci vero chimethla (cy—i—methla *gp*, cimecla *c*) vocant 10. „sed Paulus (*ap. Sim. s.* chimecla) chimetra scripsit vulgo muge dicuntur."
**χλωρὰ** ἔμμοτος 19. 22.
**χοιράδες:** scrofas (scrofulas *Sim. s.* cirades) Graeci chiradas vocant 26.
**χρονίτης** (?) — *vid. s.* **ὀξύτης** (49).
**χρόνιος:** inveterata passio quas Graeci chronias diathesis vocant 1. si cronia fuerit passio id est longi temporis 30. in diuturna aegritudine quam Graeci croniam vocant 72. chronias becas 33 — *vid. s.* βήξ.
**ψύλλιον:** pulicinum semen quod Graeci psillion vocant 18. *cf. Demo. ap. Sim. s. v.* (pulicaria *Th. Pr. ib. et Diosc. Vind.* 4, 70 *etc. de nomine Plin.* 25, 140. *Diosc. l. c.*).
**ψωρικός:** medicamento scabioso quod psoricon dicitur 15. *cf.* 1 (psoricum quod nos scabrum dicimus *Demo. ap. Sim. s.* psori).
**ὠτική:** auricularis sive ut Graeci otice adversus dolores . . . aurium 28.

---

# *Index locorum*

## „Cassii in (suo) antidotario"

*quae e suo Cassii exemplari, in quo extabat Cassii practica aucta appendice antidotarii cuiusdam, quale est in Cassio Parisiensi ex diversis libris compilatum, habet Simon Januensis (unde Cassii* „tractatus duo de pratica" *in praefatione). et sane ipse Cassius subiectum antidotarium (ad exemplum aequalis sui Theodori Prisciani in li. IV Physicorum) citare videretur c. 21 (= 26 v. infra s.* dialon) *cf. c. 42* (55) dia trion pipereon antidotum inferius scriptum *et c. 45* o(e)xira med. inferius scriptum *et c. 75* quod oximel . . . inferius conscripsimus — *nisi omissa quaedam esse a librariis in libro eius nunc parum integro pateret. nihili ergo est Cassii illud antidotarium Simonis errore natum, ut simili plane errore Theodori Prisciani liber de simplici medicina i. e. liber quidam de simplici med. (qualis extat*

*in cod. S. Gall. 762 l. III, de quo Anecd. II, 122, ex Galeni Simpl. excerptus) Theodori Prisciani libris IV in msto Simonis exemplari fortuite subiectus. de qua re corrigendus Meyer in hist. bot. II, 291.*

---

**Albutium** est asfodillus. Cassius Felix ... et est potius latinum.

**Amictica** virtus grece lacessitoria irritatoria. Cassius Felix de oleo aurino (*l.* ciprino *cf. supra ad v.* *ἀμυχή*).

**Amoliptum** seu amolentum dicitur quod est sine inquinatione ut cerotum aliquod quando digitos non inquinat. Cassius Felix in operatione unguenti palme. litargirum inquit coque donec amolentum sit. exponitur ut digitos non inquinet (*cf. cod. Paris. app. f.* 87[a] *in descriptione malagmatis dia melitos ubi* tundes spumam argenti ... et amixto oleo teres et coques in trullo eris rubri lento igne donec amolitum fiat i. tactum non coinquinet. *et ib. f. 86*[a] *de meline Vespasiani* spumam argenti in oleo igni molliori donec amolitum efficiatur *etc. cf. etiam Cael. Aur. ox.* 2, 203).

**Apocrusticum** grece repercussivum redarguens ut ... Cassius Felix capitulo de oleo mirtino (*cf. supra s. v.*).

**Arsenicum** a greco arsinago, ut Cassius Felix.

**Arsinagon** arsenicum, ut Cassius Felix.

**Balaustia** ... Cassius Felix capitulo de dissinteria (48 *textus corrupti!*). item (!) in antidotario in confectione saponis dicit quod est flos ammoniaci (*cf. Ind. lat. s. v.*).

**Catastalticum** medicamen grece repressorium. Cassius Felix in antidotario confectione dicta exantoxemon (*i.* *ξανθὸν ἴσχαιμον*). stalticum enim stipticum est.

**Crocomagma** ... et sunt eius diversae compositiones, quarum unam Cassius in suo antidotario scribit.

**Diacoralium** trociscus ad emoptoicos. Cassius Felix in antidotario (*cf. supra sub* *διά*).

**Diadiptamum** (*i.* *διὰ δικτάμνου*) a diptamo emplastrum est magnum. Cassius Felix in antidotario suo.

**Diaiteon** ab itea que est grece salix in antidotario universali et Cassii Felicis (*Cass. c. 19 etc.*) et Oribasii. *cf. Sim. s.* Y t e a grece salix. inde diayton emplastrum quod cum foliis salicis fit. Cassius Felix in suo antidotario, et in universali (*v. supra s.* *διά*).

**Dialon** emplastrum ... a sale dictum ... nam alos grece sal. Cassius Felix in antidotario (*cf. Cassius* c. *21 et 26 ubi citatur* dialon emplastrum inferius suo loco conscriptum — *cuius confectio nunc non extat in Cassii „pratica"*).



**Diamelitos** malagma a melle quod recipit. quod grece milli dicitur. Cassius Felix (*cf. cod. Paris. append. f. 87*[a] Malagma diamelitos i. ex melle paragorice et calastice virtutis solvens universas stricturae tumores ... sive duritias ...).

**Diaostreon** de cocleis ostreorum. Cassius Felix in antidotario (*cf. supra s.* *διά*).

**Euretica** (*sc.* *ἀραιωτική*) virtus grece id est rarefactiva. Cassius Felix de oleo camomillino in antidotario (*cf. cod. Paris. app. f. 85*[b] Camomilli viridis flores rotundi ÷ I. olei spani emina I. ÷ XX. conficitur in sole suspensum sicut rosaceum — *sc. quod praecedit* — et est lixeperitos febrientibus. habet virtutem areuticam quam nos disraratoriam dicimus. siquidem cutem disrarando patefacit et in sudorem relaxat. *cf. Gal. XI, 749*).

**Gerontica.** Cassius Felix in antidotario in trocisco musa „gerontica velut Greci dicunt que cronica nos aut senilia".

**Gifico** vel gifi et gifico hermii antiquum antidotum dictum a gi quod est terra et ab hermete philosopho ... laudatur in multis. confectio eius invenitur in antidotario universali et apud Cassium Felicem.

**Ibiscus** eviscus althea idem. Cassius Felix in antidotario capitulo de dyaquilon etc. (*cf. supra s.* *ἀλθαία*).

**Leuce diapipereos** emplastrum ab albo pipere dicunt quod recipit. in antidotario Oribasii et Cassii Felicis et universali.

**Lēuce diapsimitium** emplastrum album ex cerusa. nam psimiti est cerusa apud Cassium Felicem in antidotario.

**Malagma dia mellilotos.** Cassius Felix in antidotario (*cf. supra s.* *διά*).

**Molibdi.** Cassius Felix in antidotario diamolibdi id est de plumbo.

**Olosidera** spatula Cassius Felix, id est ferrea. nam sydiron greci ferrum.

**Opode** medicine id est que de succis fiunt ut opium. Cassius Felix de cautella colliriorum.

**Pyopion** grece saniem ducens. Cassius Felix in confectione unguenti tetrafarmaci.

**Rhizentia** (Rizoncia *Matth. S.*) grece. Cassius Felix in antidotario (*cf.* rizonichia *c. 13 de stigmatibus cit. Sim. s.* chrisonichia). sunt radices dure que in ulceribus apostematum iam vacuatorum remanent etc.

**Stantē** (*sic, i. e.* *στακτή*) Cassius Felix in antidotario. est capitellum, scilicet aqua prima saponarii, ut exponit (*cf. s.* capitellum vocatur aqua saponariorum. lixivium est quo fit sapo. aqua prima gutta prima a quibusdam dicitur).

---

*Matheus Silvaticus in libro Pandectarum medicine* (*ed. non interpolatae cf. Meyer Gesch. d. Bot. IV, 173*) *habet haec c. 419 s.* „Lapis piritis Plinius . . . Cassius Felix in proprio capitulo lapis piritis i. focaria a quo per allisionem calibis vel alterius rei dure ignis evolat. sed Galenus in ep. ad Glauconem“ *etc. quae unde sumta sint nescio. non enim extant apud Simonem, e quo qui ipso Cassio non usus sit* (*id quod non recte statuit Meyer Gesch. der Botanik* IV, 167) *sua omnia Cassii habet Matheus, velut s.* daucus, litiasis, metafrenon, metroticum (*i.* metrencites), molibdi, piesmatos, regius morbus, rizoncia. *illa igitur de pyrite, quae ad librum quendam Simplicium pertinere videntur, testium confusioni debentur, sicut quae idem Mattheus habet c. 88 sub* „Brafalendi — Cassius Felix cap. de petroleo. Petroleum est oleum petre. invenitur autem in locis sulfureis. fit enim cum pinguedo terre et aque actione caloris ad igneas convertitur partes“ *etc. non sunt Cassii, sed Platearii ex libro* (*Circa instans*) *de simplici medicina s. v.* Petroleum.

---

## Index II latinus.

---

**a:** minus a solito excludere 19. a solito minus cibum (1, potum 33) accipiant 1. 33. — a balneo mox lotis 45. ab aegritudinibus (= *post aegr.*) 17.

**ab:** ab stomacho *g* 42. ab (a *p*) splene *c* 43.

**abortio** 9 (frequenti aborsione *sic p* 82).

**absconsus** 21 (*cf. Rönsch, Itala 295*).

**absinthium:** *sic cp* (*g* 1), absentium *g* (21. 42, *ut semper Escolapii codd. Aug. Gall. s. X, ubi* absynthium *semper Cassin. s. XI*).

**abstinere:** a vino aegrotum abstinebis 67. 66. si a vino non potuerit abstineri 21. — cummi sanguinem abstinet 39. omfacion abstinet vomitum 42. decoctio abstinet ventrem 48. abstinet sudorem 64, profluvium matricis 82, fluxum 82. aliud ad vomitum abstinendum 42. sincope laborantibus abstinet 64. — si venter abstinuerit 1. 46. 72.

**abtractio** *g* 36 (*ubi* adtractio *p*, abstractio *c*).

**abundabilis** (*πληθωρικός*) 38.

**acacia** rufa 29. nigella *ib.* (*Plin. 24, 110 etc.*).

**acantha** aegyptia (*ἄκανθα ἀραβική Diosc. 2, 13.* spina aegyptia s. arabica *Plin. 24,*



*107*) 32 (agante *cp*, *cf.* dragantum). 82 (achanta).

**accipere:** accipies dragantum *etc.* (*in medicamentorum formulis*) 7 8 *etc.* — (*medicamentum*) accipit = recipit (℞) 11 *etc.* (*quod ante accusativos specierum saepe aut subintelligitur aut omittitur a librariis velut 15. 16. 44 etc.*).

**acetum:** acoetum *saepius g* (11 *bis.* 34. 42 *bis*), *ut* foenum grecum, dia coephales (35) *etc. g.*

**acina** (*fem.*) 35.

**acra** (*ἄκρα*) oris spatia 36.

**acredo** humoris *saepe* (6. 16. 25. 29. 32. 34. 46. 48. 78).

**acutus** (*opp.* diuturnus): in aegritudine acuta i. celeri 30. acuta (distantia ictericorum) 49.

**ad:** ad digestionem ciborum laborantes 41. — periculosae ad incidendum (*ἐπικίνδυνοι ἀποτάμνεσθαι*) 35. mulsam ad gargarizandum dabis 37 (*cf.* 35 *etc.*) *rec.* (*p*) *pro* gargarizandam — (dum *gc*).

**ad perfectum** sanetur (*i. e.* ad perfectam sanationem *p vel* sanitatem *ut c. 15*) 68.

**ad praesens** (appresens *p*): quod si ad praesens non fuerit rosaceum 1. *cf.* 17. 42 (*bis*). 46. 78. vomitum ad praesens provocabis 54 = vomitum in praesenti provocabis 65. *cf.* 67: in primis hoc est in praesenti . . circumincides.

**ad-** (*sec. g*): agnosco, appono (*et* adpono 22), admoneo (*et* ammoneo 34. 37. ammonitio *g* 37), admisceo (*et* ammixtus *ter* 36), adsevero (36), aspergo, astantibus (42) *etc.* — attestante *c* 46 (*ubi* adtestante *rec. p*, *sicut* adtractare *p* 62, adpones *p* 75, adposita *p* 64, adpetitio *p* 76, admisces *p*[c] 51, adscensum *cp* 77 *etc.*).

